



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google


El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

---

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



R. D. S. B. I. V

B. ADAMI TRIBBECHOVII, D.  
PRIMVM IN ACAD. KILONIENSI HISTOR. PRO-  
FESSORIS, POST CONSILLARIJ ECCL. ET GENERAL,  
SVPERINTENDENTIS GOTHANI,

HISTORIA  
**NATVRALISMI**  
A PRIMA SVA ORIGINE AD  
NOSTRA VSQVE TEMPORA PER SVAS  
CLASSES DEDVCTA

ET

EX MSC. NUNC PRIMVM EDITA  
CURA ET STUDIO  
M. JOANNIS TRIBBECHOVII, FILII,  
IN ACAD. JEN. FAC. PHILOS. ADJ.



Summis JOANNIS BIELCKII, Bibliop.

J. E. N. E.  
TYPIS CHRISTOPHORI KREBSIL  
MDCC.

V I A R A I S  
Q M P N (EIQ) ET GENHQ SISIMO  
O B C R O T R I U D DOMINO  
DN. HIERONYMO A DORNE,

HÆREDITARIO IN GALEISN ET WESTLOH,  
LIBERÆ IMPERIALIS REIPVBL. LUBECENSIS  
CONSULI LONGE SPECTATISSIMO:

A R A N Q B L I S S I M O A M P L I S S I M O E T C O N -  
S U L T I S S I M O ,  
DN. SEBASTIANO GERCKEN,

J. u. DOCTORI LIB IMP. REIP. LUBEC.  
SENATORI GRAVISSIMO:

MAXIME REVERENDO ATQUE AMPLISSIMO,

DN. THOMAE HONSTEDT,  
PASTORI ECCLESIE CATHEDRALIS IBIDEM,  
ET CONSISTORI ECCL. ASSESSORI MERITISSI-  
MO, AFFINI AESTVMATISSIMO:

Patronis ac Promotoribus suis  
atatem Venerandis,

Salutem hujus & æternæ vitæ  
plenissimam!

MVSEVM  
BRITAN  
NICVM

**V**BECAE VESTRAE,  
VIRI MAXIMI, me-  
moria intimis meis alte sem-  
per insedit. Hanc enim ur-  
bem intuenti mihi, profecto in men-  
tem venire, & affidue ob oculos  
versari necesse est, quod majores co-  
gnatiq; mei desideratissimi non modo illic  
nati, sed & educationibusq; commadis  
& honoribus auti cumulatique fuerint.  
Ut enim JUSTVM TRIBBECHOYUM, avum  
pientissimum, qui juventutem olim VE-  
STRAM fidelissime instituit, jam taceam,  
de parente saltem, quem fata quidem no-  
bis maturius eripuerunt, in laudem VE-  
STRAM dixisse liceat, quod omnibus dum

academicam vitam ageret, subsidiis ac sumptibus suppeditatis, ea ipsius reddideritis studia, quæ VOBIS gaudium ac delationem, universæ autem Christianæ ac litterariæ rei utilitatem minime quidem contemnendam pepererunt. Quæ sane beneficia in parentem, adumquenon minus collata, tantum abest, ut morte illorum sepulta sint, ut ipse potius non modo perennem eorum memoriam apud animum meum conseruare, sed eadem summis evehere laudibus nullo tempore sim laboratus. Quia propter PATRONI SUMMI, ut favoris & uocatio, qua majores mei, partim ab Antecessoribus VESTRIS, partim a VOBIS met ipsis affecti sunt documentum extaret publicum, ut item affectum singularem, quo cognatos des-

(6)

desideratissimos colo, quodammodo testa-  
rer, hunc residuum B. parentis academi-  
cum laborem VOBIS deberi, nec sub alio-  
rum quam VESTRORUM NOMINUM lura-  
nibus emittendum esse sum arbitratus. A-  
nimo autem quam possum humillima Vos;  
VIRI VENERANDI, oro & obtestor, ut, quo  
parentem meum quondam complexeptis  
amore, eodem etiam hunc superstitem in-  
genii ejus foetum benignissime excipiatis.  
Quodsi eundem mibi gratiissime con-  
cesseritis locum, quem mei olim obtinue-  
re, ut benignitatis quoque haeres quasi ex-  
istam; equidem in magna id felicitatis  
parte collocabo. Mei certe obsequii &  
pietatis testandae occasione nunquam de-  
ero, &, si alia minus suppetent, conati-  
bus tamen desideratis & precibus arden-

tissi-  
mam

<sup>(o)</sup>  
tissimis officium explebo. Diutissime.  
Vos servet Clementissimus DEUS consi-  
liisque VESTRIS & laboribus pro rep. &  
caetu Christi gnavissimis omnem successum  
omnemque felicitatem largiatur. Va-  
letela.

## VENERANDORVM NOMINVM VESTRORUM

Dabam ex Academia  
Jenensi mense Octob.

cultor observantissimus

M. JOANNES TRIBBECHOV.

# LECTORI BENEVOLO.

Vid et: Celeberrimi Sagittarii historia Gothana, & quorundam B. parentis familiarium ore compluribus litteratis innocentia hujus de Naturali scriptum, nunc primum in lucem publicam procedit, tueque, B. L. utilitati sese totum offerat. Dintius enim latere illud haud pati poterant, quibus obsequiabat debemus, quiique commodo futuram publico hanc qualiterunque operam existimantes, editionem imperarunt. Viderunt quippe eruditissimi hi Patroni, non idem institutum consiliumque B. parenti fuisse ac reliquis doctissimis Viris, a quibus cum ipse etenda falsa religione cum in causa Dei contra Atheos descendenda, diu multumque laboratum est. Vir cuim quenquam aufuruha crediderint; ut post tot veteranos Christi milites, quos prisca tempora habuerunt, Iustinum Martyrem, Athenagoram, Clementem Alexandrinum, Tertullianum, Origenem, Lactantium, Augustinum, quosque superior nostra aetas tulit, Ludovicum Vivem, Theodorum Bibliandrum, Philippum Mor næum, Hugo hem Grotium, Georgium Calixtum, Eliam Taddeum, Jordanum Edenum, Gisbertum Voetum, Antonium Reiserum, Carolum Wolseley, præcipue vero Dan. Huetium aliosque sexcentos; post tot inquam, fortissimos defensores plura contra gentiles scriberet. Sed aliud omnino egit B. parens: qui cum deprehenderet, omnes circa verum rectumque cultum Dei errores ex-

cor-

55 (o) 56

corrupto naturae fonte ouiri; Naturalismus quoque nomine omnem superstitionem &c a revelata religione aberrantem religionem complexus est, adeo ut omnes impi, apostataz, haeretici, quoiquos inquam fuerint, nomine & omen habentes, audiant Naturalismus. Omniem itaque hac de re historiam ab exordio mundi ad nostra usque tempora (tam lata enim tractatio decebat hanc materiam) ostensis rerum simul causis ac fundamentis, nec sine doctis observationibus, hoc scripto succincte explicavit. ; alia ipse usus methodo, quam quidem B. Gebhard. Theodorus Meierus in sua Religionum historia, ut pote qui nomine Naturalistarum existantur modo, qui nobis avo, ubi primum illud nomen invenerunt, naturae miribus hominosa saluatoris posse statuerunt, appellat. Quam vero sub finem, B. L. vides summam haud ita pridem a nobis conscriptam Jenæ discutiendam proposuimus, eaque ut his subiungeretur, desiderio DN. Bielckii, Viri de eruditis bene meritii, non potuimus non dare, quo uno quasi intuitu facilius, quæ hoc libello continentur, perspici & examinari possent. Idem quoque laudatus Bielckius cum summe Reuerendi Stadenium Praefulsi, DN. D. Dieckmanni, inaugurealem disputationem, ejusdem quippe argumenti, longe doctissimam & inventu difficultatem deprehenderet, ipsam denuo excudi typis curauit, ut hac ratione lectori grauiissimum hunc articulum cognoscendi avido eo plenius considereretur. Quod superest, nos nostraque Studia Tibi B. L. commendamus: quæ benevolentia & æquanimitate Tua si adjuveris, plura impostorum B. parentis scripta, præcipue illud *de auctoribus Scholasticis*, quod ab omnibus flagitari animaduertimus, volente Deo, sequentur. Valc.

CAPUT

Digitized by Google



## CAPVT I. PROLEGOMENA.

§. I.

**I**n Naturalismo Gentilismi historiam brevibus tradere animus est, non quatenus in nefandis diversarum Gentium superstitionibus consideratur Gentilismus, (id enim integris libris expositum ab aliis est, qui Gentium Idololatriam & veterem & novam descripsere) sed ut sapientibus inter Ethnicos placuit ille reformatus aliquantum & à vulgi judicio remotus. Scilicet ut Augustinus lib. 6. de Civitate DEI cap. 5. lib. 4. cap. 27. pluribus annotat; *Triagenera Theologia apud Ethnicos fuere: Unum μυθικὸν seu fabulosum; alterum Φυσικὸν seu Naturale; Tertium πολιτικὸν seu civile.* Et μυθικὸν quidem à Poëtis introductum: Φυσικὸν autem id est, quo Philosophi utuntur; Tertium Civile, quo populi. De tribus his generibus ita Varro apud Augustinum: Prima Theologia maximè accommodata est ad theatrum, altera ad mundum: Tertia ad urbem. Vid. ibidem plura & confer Plutarchum lib. 1. de placit. Philosoph. cap. 6. Eusebius prefat. lib. 4. de preparatione Evangelica.

A

§. II.

§. II. Hic Gentilismus Philosophicus Naturalismus vocatur recentiori nomenclatione, quamquam ipsa S. Scriptura fundamentum hujus denominationis præbet: homines à Spiritu S. non illuminatos ψυχικοί i. e. Naturales 2. Cor. 2, 14. & Sapientes bujus mundi vocans. Dicuntur autem hi potissimum Naturalistæ, qui dogmata de S. S. Trinitate negantes, aut naturam pro D E O habent, quod Naturalistarum quoque pessimum est & verè atheum; aut fidem & virtutes Christianas, quæ non nisi Spiritus S. gratia & ope exercentur susque deque habentes, cum veterum philosophis secundum naturæ & rationis ductum quam in lumine gratiæ vivere malunt: aut qui nihil credunt, nisi quod physicis rationibus demonstrari potest; aut qui revelatam doctrinam in aliis tuentes, æternam vitam solo Christi merito partam illis quoque communem esse volunt, qui extra Ecclesiam vivunt. Quod postremum genus Naturalistarum an Gentilibus accenserí possit, jure quis dubiter.

§. III. Naturalissimum hunc qui & Gentilismus, viri Ecclesiastici & pii crebro atheismum vocare solent, ipsosque Naturalistas Atheos, non quod Naturalistæ omnes DEVM negant, sed quod Jesum Christum verum DEVM morte sua credentibus salutem acquisivisse uno ore omnes inficientur. Nec inusitata est haec appellatio antiquis Patribus. Sic enim Cyrillus Julianum Atheum vocat; quin imò in S. literis Gentes dicuntur esse absque DEO in mundo. Eph. II. v. 12.

§. IV. Hi Naturalistæ & Athi pluribus cognomini bus aliis appellari solent. Sic namque Sceptici audiunt; quod una cum veteribus Philosophis, qui Pyrrhonii Sceptici & Aporetici vocabantur, negent jus & fas natura constitutum esse, atq; etiam dubitant de omnibus, dispu-

sputantq; potissimum de religionis capitibus. Idem etiam audiunt vulgo *politici* (quanquam hujus nominis magnus hic est abusus, atque id in pejorem partem raptum & *Politici* quibusdam in Gallia, qui Jesuitis adversabantur, quique Pontificis Romani falso usurpata jura infringebant à Moralistis quibusdam Lojolæ discipulis primum tributum legamus. V. Thuanum l. 46. p. m. 897. Gaudent appellatione *Prudentum* iidem Naturalistæ & athei, ut se eximant simplicium cætu; Estque hoc nomen primum in Gallia ortum, ut ex Mosenno discimus. *Indifferentes* etiam appellantur quatenus vel indifferentismus Theologicum (s. Syncretismum) vel moralem Probabilismum fovent. *Epicurei* etiam nominantur, quoniam plurimi Naturalistarum resurrectionem negant & animarum immortalitatem & Spirituum existentiam. Apud Arabes quondam ~~רֹבֶרְתָּן~~ & *nat' iξοχην* Philosophi dicti. In Gallia hæc nefanda hominum colluvies quæ DEI existentiam in utramque partem disputare incipiebat, *Desistarum* nomen invenit. Crebra quoque est *Libertinorum* appellatio, quo nomine illi inter Naturalistas increpantur, qui nullius religionis vinculis teneri volunt.

## CAPVT II.

DE

## NATVRALISMO ANTEDILUVIANO ET PRIMIS GENTILISMII INITIIS.

§. I.

 EVM O. M. hominem perfectum atque integrum condidisse S. literæ testantur. I. id ipsum quoque rationi consonum est; quandoquidem

A 2

DEVS

**D E V S** omnis b<sup>e</sup>ni Autor atque ipsum essentialiter Summum Bonum, malum hominem creare non potuit. Sic quidem natura homo integer erat; cum autem ipse met mali sui causa existeret, Diabolo potius quam D E O fidem habens, gratia postmodum opus habebat, ut quod in natura jam defecerat, alieno merit<sup>o</sup> restauraretur. Gratiæ promissio revelatio divina erat, quā mulieris semen vindicaturum à Diaboli corruptelis lapsum huma num Genus spōndebatur. Salutaris itaque D E I notitia jam tum revelabatur, cum naturalis defecisset.

§. II. Hanc revelationem à D E O factam & postmodum in literas relatam Adamū liberos suos docuisse extra omnem dubii aleam positum est. Atque obser vandum hīc est, quod ipsæ Sacrae literæ Enochī temporibus, cum jani augescere cāpisset humanum genus, visibiles Ecclesiæ cātus collectos, certisque ritibus & institutis Sacra peracta & verbum divinum prædicatum fuisse testantur.

§. III. Qui primus à revelata hac doctrina defecit aut spēnendo aut abnegando illam *Cainus* fuit, Gentilismi Autor idcirco merit<sup>o</sup> habendus. Quod enim salvificam D E I notitiam parum curaret, vel hoc solo prodidit, quod D E V M existimaret nescium fraternalē cādis. Addunt hīc Judæi & Paraphrastæ veteres, Cainum docuisse suos & privatim sēcum ita sensisse: D E V M cœlestia faltem curare, humana autem extra omnem recognitionem suam posita, ut inferiora cœlesti Majestate, Angelis demandasse, aut hominum arbitrio permisisse. Idem ad caput IV. Gen. v. 8. ubi deesse versus aliquot existimant, supplant eorum numerum hac oratione Caini (in Targ. Hierosolym.) *Veni & egrediemur foras.* Cumq<sup>ue</sup> essent egressi, Cain dixit ad Abel fratrem suum. *Non est* judi-

*Judicium neque Iudex, medum seculum aliud, ubi justos praemiam, improbos vindicta maneat; nec mundus per miserationem creatus est, aut regitur misericordia a D E O. Nam eur acceptatur a Te oblatio cum beneplacito, a me non item. Respondens vero Abet dixit: Est omnino judicium, Iudex, seculum aliquod, premia justi, paenae impii ferens. Hac quidem Targum, quæ etsi non asserimus Cainum dixisse, censemus tamen dicere potuisse.*

§. IV. Caini filii Cætus suos (ut Judæi tradunt) seorsim a Sethi atque Enœchi familiis & Ecclesia habuerunt. Videri potest Hottingerus lib. i. de usu linguarum orientis, in sebus Sacris cap. II X. Idem etiam Scriptura S. innuere videtur Gen. VI, i. 2. quandoquidem vitio tribuit filiis Elohim, quod contraxerint societatem cum filiis hominum. Filios autem Elohim fideles interpretantur plurimi; filias hominum, Cainitas. Et observandum hic præprimis illud est, quod confusis jam Sacrorum atque profanorum hominum ordinibus, inter varias setuli illecebras Gibborum extitisse in Saceris dicantur; Gen. 6. v. 4. namque & antiquissima Gentilis historia monumenta tradunt, Cabiros antiquissimos sacrorum antistites fuisse & novum quoddam doctrinæ genus statim post conditum mundum invexisse. Hi autem Cainites aut Apostatae a cætu fidelium excoluere potissimum Naturalem Philosophiam & artes mechanicas, quod Jubalis nomen in Apollinis mutatum, & Thubalkaim in Vulcani; Naëmæ Sororis eorundem (i. e. pulchræ) in Venustæ & Veneris fatis innuunt. Messiae autem cognitionem & fidem in ipsum venturum iidem Cabiri insuper habuerunt.

§. V. Horum Naturalistarum seu Gentilium Philosophorum historia δόνησις fermè est, nisi quod Iudeorum scripta quadam mentionem faciant Sabiorum, qui philosophia

spie laude ante Diluvium floruerint hostes veri DEI cultus, scientiarum auctem omnium Inventores. Sabii hi nostra quidem sententia fuerunt dicti à cœlesti militia zaba (נָבָע) siquidem colendis Zebaorb seu exercitui cœlorum aut intelligentiis astrorum potissimum vacabant, quoniam post Cainum, ut supra vidimus, jam mundum impaserat atheismus ille, DEO humana parum cordi esse, eum que Angelis tam astrorum quam sublunarium omnium providentiam concredisse. De hisce Sabiis multa Maimonides in More Nebbochim & in Tractatu de Idolatria, quem una cum versione Dionysius Vossius edidit. Mentionem etiam eorum faciunt Commentatores Alcorani & Arabes Syriique Scriptores, ex recentioribus Hottingerus in Thesauro, & præsertim in Historia Orientalium Pokockius in notis ad abulfarium, nos etiam quædam in Disputat. de Philosophia moralis de iisdem annotavimus, ut ita ex collectaneis hisce constet, Sabios Edrim seu Idrim Enoch filium Doctorem venditare. ( Hic Irad Cainita videtur ) Noam item eosdem contumeliis affecisse, eti præcepta moralia quæ Noachidarum dicuntur, præ cæteris Gentibus se observare gloriantur. Hec præcepta & moralem ista doctrinam omni revelata postbabica excoluisse; Intelligentias ut animas syderum cœlestium, adeoque nutrices & causas influxum in bac inferiora veneratos eosdem fuisse. Hinc & dies nuncupasse Planetarum nominibus & Soli, ut Planetarum Duci & summo DEO sacrâ fecisse, imagines etiam, quas referre corpora animarum cœlestium putabant, & facella fabricasse, atque hac ratione abjecto unius DEI cultu, non tantum astrorum cultum, & idololatriam, verum etiam Magiam secretiorem invexisse.

§ VI. Hanc Apostasiam à revelata doctrina DEVS ore Noachi severè castigavit, tandemque universalis cataclysmo

clysmo vindicavit, ut ita abolito Naturalismo & Sabiuismo  
(si tamen abolitus dicendus qui in Chamo postea revixit)  
Ecclesia in paucis illis, Noachi scil. familia, solummodo  
consisteret.

## CAPUT III.

*DE*

# INSTAVRATIONE NATVRA- LISMI POST DILUVIVM.

### §. I.

 Vemadmodum contigerat ante diluvium, ut qui ex familia Adami, quique ex familia Sethi vere credentium erant, desciscerent ad impietatem & profanos errores; idem etiam evenit in Noachi familia. Neque enim diu post diluvium inviolatus mansit verus DEI cultus; verum mox homines fide in futurum Messiam insuper habita, ad extirpatum ab ipso DEO Sabiu-  
mum & Naturalismum relapsi sunt.

§. II. In Chami familia primum cultus hujus vestigium notatur, unde non immerito à patre diris devotus Chamus & à DEO quoque talis ē posteris Chami Canaan habitus fuit. Ut breviter & quantum assequi possumus ex vetustis fragmentis originem labis signemus, ex Phœnicia & Aegypto, itemque ex Chaldæa, quæ Nimrodi sedes erat, torrens iste profanarum superstitionum erupit, qui, si paucos ex Ebraea Gente excipias, totum tandem terrarum orbem inundavit. Possem hic pluribus ostendere, quomodo omnis ferè gentium Idolatria, eaque fœdissima Babylonem, Phoeniciam & Aegyptum arcem,

imò

inīd patriam quasi habuerit: Indeque alia propagata & in ultimas Orientis & Occidentis oras dispersa fuit, siquidem id ipsum prima nostri instituti ratio fuit. Suffecit hic ex Sacris annotasse primos Babyloniōrum motus adversus DEVVM ipsum (undē postmodum civitas hæc mater omnis impietatis audit.), qui & à DEO repressi & castigati fuere Gen. XI, 1-9. Ausus Nimrodi Chamigenæ Gen. X, 6-12. Ignis cultum in Vr stabilitum: diras patris in Chamum & Canaan Gen. IX, 22. 25. 26. Divina iussa de excindendis Cananæis. Quo & pertinent illa ex profanis monumentis. Historia de Zoroastre antiquo Mago Nini (quem Assyrem nonnulli existimant) armis represso apud Diод. Sicul. De Chamo Jovi cognomine culte & Semo variis convitiis dehonestato quæ Bochartus annotat in Phaleg: Quodque Diodorus Siculus prodit i. Biblioth. *Vetusissimos in Agypto mortales cum mundum suspicerent, cunctarumque rerum naturam cum stupore admirarentur, plures esse DEOS conjectisse sempiternos, atque omnium primos, Solem & Lunam &c.* Hinc fluxit vetus illa traditio de Chamo, quam apud Cassianum Collationis 8. c. 21. legimus: *Chamum Antediluvianorum curiosas scientias lapidibus & metallis inscripsisse, eaque magia & Idololatria monumenta postmodum reperta & à Chamigenis in honore habita novam Gentilismo & Sabijismo materiam prebuisse.* Huc pertinet quod ante Christum natum libri nonnulli Magici Chami autoritatem præ se tulerunt, de quo videre quis potest Clementem Alex. Libr. VI. stromat.

S. III. Chamus itaque, aut potius aliquis ex posteris ejus, novus Gentilismi Idololatrici Autor in Agypto sedem figens & Jovi nomine cultus Diōspolim seu Jovis urbem quæ in Sacris Jer. XLVI, 25. Ez. XXX, 14. 15. 16.

Nah.

Nah. III, 8. Ammon dicitur, veluti arcem profanæ superstitioni constituit, & Magiaæ adminiculis Jovis Ammonis inaugurate oraculo familiæ suas & mox etiam Japheti & Semi progeniem novis illectam Sacris à vero D E O ejusque cultu abduxit. Ex hac namque Brachmanum Æthiopum seu Ammoniorum Sacerdotum Schola Coloniae mox in Indiam ductæ fuit, quæ hodiernum durant, nec dum extirpari à Christianis Doctoribus potuere. Eadem Chami Schola, quæ Indos & Orientales populos corrupit, pedem etiam in Europam intulit, & Japheti posteros eodem pestiferi erroris veneno afflavit. Ut enim apud Diodorum Siculum lib. 4. Biblioth. proditur *Kabiri seu Sabii* ( de quibus cap. præcedente ) post diluvium Dioſcuri i. e. Jovis seu Chami pueri ( aut ministri ) dicti ad Celtas ( qui extra omnem controversiam Japhetigenæ sunt ) natus venerunt, eosque nova Theologia seu potius Idolatria imbuere. Huc pertinet quod Herodotus in Euterpe pluribus memorat, quodque præ cæteris ultimæ antiquitatis monumentis observandum est: *Duas scil. columbas* ( in Græco τίλεις quod significat columbam & foeminae fatidicam i. e. Sibyllam } ex Phœnicia provolasse, quarum altera in Epyro Dodoneo oraculo ministrarit, altera in Lydie arenis templo Jovis Ammonis assederit, & Dodona tandem Delphos translatum fuisse oraculum.

§. I V. Ignota itaque amplius Gentilismi origo prima esse nequit, atque inde etiam liquet, Diabolum ipsum cum primum homines à revelata doctrina seduceret, sui ipsiusmet cultum per idola invexisse. Sabii namque ut Scriptores Vett. de eis memorant simulachra consecrata Dæmonibus, carminibus animabant, eaque videnti & loquentia faciebant; quomodo Apulejus lib. I. Spi-

rantia simulacra vocat, & Jamblichus de mysteriis *Egyptiorum*  
 statu as presentibus Numinibus repletas, (vide & Photium  
 in Biblioth. cod. 215.) Hæc ipsa sunt Teraphim Labani  
 quæ Rahel ipsi suffurata, Gen. XXXI, 19. 30. quemadmodum  
 judicat Hottingerus in historia orientali, ubi de  
 Sabiis agit. Atque ea Gentilismi & Magiæ Schola in *Ægypto*  
 orta diu ibidem duravit. Observanda hic sunt  
 Ruffini verba lib. 2. hist. Eccles. c. 27. *Canopi*, ait, *qui enu-*  
*mseret superstitione flagitia, ubi præsextu Sacerdotalium lite-*  
*rurum (ita enim appellant antiquas *Egyptiorum literas*)*  
*Magice artis erat pene publica schola.* „Et Clementis l. i.  
 „Recognit. Author etsi incertus, antiquus tamen; qui se  
 „in *Ægyptum* eo fine profectum ait, ut ibi ex animabus  
 „demortuorum, quas se ex inferis excitare posse profite-  
 „bantur Sacerdote, verum scrutaretur. Ipseque Apule-  
 ius in lib. ii. cum initiatus hisce sacris, esse confitetur cu-  
 riosæ artis magisterium. Ad Brachmanes Indos ean-  
 dem artem pervasisse vel hodierna satis testantur itinera-  
 ria, si Philostrati Lemnii relationem de Apollonii vita,  
 & itinere ad *Æthiopes* & Indos insuper habuerimus. In  
 orientem eadem nefaria doctrina penetravit Nimrodi  
 aut Chusi auspiciis. A Chaldæis Persæ, quippe hi tan-  
 dem sub jura Chaldæorum vocati, eandem impietatem  
 accepere, & sapientes Persarum Magi dicti, curiosæ huic  
 arti nomen fecere. Quamvis enim & Chaldæi & Brach-  
 manes, Indi & Magi Persarum ex aliis quoque discipli-  
 nis nomen adepti sint, quoniam tamen præcipua apud il-  
 los sapientiæ arcana in impietate hac quærebantur; hinc  
 Strabo l. 15. & l. 16. Magos incantatores & Necromantes,  
 & Nonnus in Dionysiacis Indorum Brachmannes tales  
 habet; & Claudianus lib. 1. de laudibus *Stiliconis Chal-*  
*dæs*

dæos iisdem accenseret. In occidentem pariter propagata nefaria hæc doctrina fuit. Hetrusci namque Italæ populi hac ipsa infames quondam fuerunt; unde & Numa, secundus inter Reges Romanorum, arcana illa scita hausit, quibus D E O S se evocare populo perfsaserat. De septentrionalibus populis idem constat, quod eodem errore imbuti fuerint Runis præceptoribus, quemadmodum apud Celtas Druides, qui veterum Sybillarum instar erant, curiosam hanc vaticinandi artem profitebantur. De Græcis res extra controversiam posita est, mysteria namque eorum & *πλεῖαι* (infixationes s. consecrationes, etiam perfectiones, si vim vocis spectes & in fanis Deorum oracula, de quibus Majolus in diebus canicularibus: Boissardus in Hist. Divinationis non sine arcana, ac curiosa magia administrata fuerunt. Quid? quod Zoroastres non tantum aut Perseus apud Orientales populos publici Doctores hujus artis fuere, sed & Pythagoras & Discipuli ejus, plurimique è Platonica familia eadem impietate sacrum caput alligarunt. Videri possunt hac de re Augustinus lib. io. de c. D. cap. 10. & ad eum Ludovicus Vives. Origenes contra Celsum editione Anglica p. 333. 335. 406. & præcipue Clemens Alexandrinus in Protreptico ad Gentes, aliique è patribus, qui contra Gentes disputarunt, ut & Filefaccus *Oratione de Idolatria magica veterum.*

§. V. Atque sic quidem patet quo fidere contraria revelatae doctrinæ impietas maligno Dæmonum magisterio in orbem irrupuerit, unde nec mirum alicui videri queat Ægyptiorum & Chinensium Hieroglyphicas litteras cum Runicis septentrionalium easdem ferè mythologias Ægyptiorum veterum, Runarum, Phœnicum &

Græcorum veterum, cum hodiernorum Brachmanum, Indorum & Sabiorum adhuc superstitionis fabulis de Diis & rerum omnium ortu, siquidem uno ex fonte omnis hic error pullulavit. (Videri merentur Edda Islandorum, Rensius Rogerius de Brachmanibus & Arnoldi collectanea ad illum, Kircherus de idololatria Chinensium hodiernorum & in Oedipo Ægyptiaco, Spitzelius item de literatura Sinensium. Itinerarium etiam novissimum Japoniae). Nunc restat ut proprius naturalismus Græcorum, namque de Orientalibus pauca constant, illustremus.

§. VI. Cum autem Græcorum Philosophi sectis quam plurimis inter se divisi fuerint, de præcipuis saltem, quantum ad nostrum institutum attinet, & per satyram quasi dicentes. Nobilissima inter Græcanicas Schola Thaletis, Jonica dicta, cum a vulgi superstitione idololatrica discesionem fecisset, verum pro bono de legit, quod sequeretur, atque in speculatione naturæ summatum bonum posuit. Pythagorei & Italica schola multa de DEO proponendo aliam insistebat viam, eamque meliorem, nisi curiosas Magistri artes & Sabiissimum in veneratione intelligentiarum professi fuissent. Socrates moralē doctrinā excoluit potissimum, visusque Christianis nonnullis fuit recta sapere, quippè idolorum cultum & felicitatem in speculatione sitam abnegavit. Sed & hic Daemonii sui saepius mentionem faciens, Diisque quos esse negabat, sacrificans, puerorum etiam amori bus ductus una cum discipulis à via salutis aberravit. Ex Schola Socratis Platonici egressi, probavere se potissimum Christianis Doctoribus, eo quod de λόγῳ in DEO quædam assererent, quæ videbantur esse affinia dogmati de S.S. Trinitate; quantum tamen à vera & salutari Filii DEI

DEI cognitione longè absuerint, docet applicatio dogmatis de mente seu λόγῳ in D E O ad animam mundi. Quid? quod Plato communionem etiam uxorum & puerorum amores introduxisse visus est, & exemplo Socratis, Diis quos negabat tales esse, sacra fecit. Stoici moralis disciplinæ observantissimi, optimo jure comparari poterunt cum Naturalistis hodiernis inter Christianos, Socinianis & omnibus illis, qui fidei salvificæ quod derogant, operum suorum meritis adscribunt, quique καθηκον & καθηγων medium illud esse asserunt, quo Deus placetur: Atque hinc semper in ore Stoicorum secundum natum vivere esse optimè vivere, quod & familiare est hodiernis Naturalistis. De his autem observandum, quod plurimi eorum philosophica quidem sententia ad ignava opera fuerint, ut Cicero ait: Ecquis enim affectus exuere omnes & proclivitatem illam ad malum, qua fit ut labamur saepius, quippe congenitam, amandare possit, ut non dicam de Stoicorum erroribus circa ipsum D E V M & providentiam D E I, quibus moralē doctrinam ipsimet evertebant. (Videri merentur Plutarchi adversus Stoicos conscripti libri) Stoicis severiores Cynici fuerunt, in iisdem exigendis officiis; sed & hi eam, quæ in externis moribus, gestibus ac dictis versatur, honestatem proscrispere, ut insanis potius accensendi sint, quam hominibus ratione utentibus. His pejores fuere Epicurii & qui in Eleatica Schola ante Epicurum pessimè de DEO philosophati Atheismum tantum non docuere, quippe in voluptatem non tantum animi, quam corporis unicè quaesiverunt, virtutis & honesti necessitatē ex utilitate metentes, ut adeò hodiernis Politicis atheis schola hæc prælufuisse videatur. Quidquid enim Gasendus, Arndus,

dus, aliquique pro Epicuro scripserint, Plutarchus certe, Ci-  
cero, ipse etiam Diogenes Laertius, & constans vetustatis  
expostulatio jam dudum Epicureos summorum errorum  
in moralibus etiam convicit. De Scepticis ex Academia  
Platonis ortis, qui nihil sciri posse, omnia autem in u-  
tramque partem disputabilia asserebant, haud opus est,  
ut multis moneamus, quandoquidem illos diversarum  
sectarum Philosophi pridem confutarunt. De Peripate-  
ticis restat ut dicamus, ipsos moralis disciplinæ tenacis-  
simos, disputandi artis callentissimos, DEI autem noti-  
tia rudiores ac Stoicos & Platonicos fuisse. Quamvis  
enim Fortunius Licetus integrum librum de pietate A-  
ristotelis conscripserit, quem secutus videtur *Zeisoldus in*  
*Comment. de consensu Aristotelis cum S. Scriptura*; docuit  
tamen experientia, Atheos, Arabes, & Italos, ut Pompo-  
natum, Cremoninum Rochum, de quibus infra, dog-  
matibus Aristotelis de DEO, & Natura, deque primo  
motore, de anima item abusos fuisse ad docendum im-  
pietatem. Atque haec idcirco commemoravimus, ut  
hac in historia veritas effati Apostolici Rom. I. 2. pateret,  
quo Gentilium Doctores vaticiniis suis confusos DEVM  
abnegasse, aut non glorificasse, ut decebat, quin & legi-  
timos & connubiales amores in præposteras libidines  
commutavisse asseruit. Scil. cum Disputationes Plato-  
nicorum, Stoicorum ex una parte, & ex altera quis Epi-  
cureorum & Peripateticorum contendat accuratius, con-  
feratque Scholæ Jonicæ & Eleaticæ dicta de DEO & prin-  
cipiis rerum, is dubitaverit haud immerito, an etiam  
unum DEVM, Essentia à creaturis distinctum creato-  
rem hujus universi & solum aeternum, providentem et-  
iam rebus humanis confessi Gentiles fuerint. Platonis-  
cisa.

ci sanc ut & Stoici, quemadmodum Magi Persaruti, ma-  
teriam D E O coaternam statuebant, ipsumque D E V M  
animam mundi vocabant, atque ita mundo quasi immer-  
sum, hinc & animas nostras Stoici post aliquot annorum  
spatium, animae mundi redditas, tandem absorberi do-  
cebant. Jonicæ Scholæ Antistites naturam pro D E O,  
& id quod ex astris influit in terrena statuebant. Epicti-  
rus fortuitis atomorum concursibus omnia compingi &  
æternō illorum motu constare, æternam aliquam natu-  
ram docens, D E V M & providentiam negavit. Aristo-  
teles de D E O ut prime motore loquens, visus fuit D E-  
V M statuere vim illam, quæ sphæram primam & pri-  
mum mobile impellit, quæque non nisi mediata in hæc  
inferiora agit. Videri merentur quæ Plutarchus de  
placitis Philosophia lib. I. cap. 7. Cic. de Natura DEORVM  
ut & Aristoteles ipse lib. I. Met. de sententiis pugnanti-  
bus de D E O habet: Atque sic quoque pacet, quam lubri-  
ca incertaque quamque obscura, imo nulla fere Gentili-  
bus via fuerit enitendi ad D E V M, quippe qui revela-  
ta doctrina carebant, quod ipse Cicero queritur lib. 3.  
Tusc. quest. Nullam scil. se in philosophia salutis viam in-  
venire: & Brutus cadens ense suo: Te, inquit, colui virtus;  
at tu nomen ibane es. Cœterum de hac veterum philo-  
sophorum historia, videri possunt non veteres tantum.  
Scriptores adhuc superstites Diogenes Laertius, Eunapius  
Sardianus, Cicero in libris philosophicis, Plutarchus in  
philosophicis, & Patres veteres qui contra Gentes scrip-  
serunt, præcipue Clemens Alexandrinus, & Eusebius in li-  
bris de præparatione Evangelica, ut & de Demonstratio-  
ne. Justinus in Apologiis & Origenes in libris contra  
Celsum; Cyrillus contra Julianum, Lactantius, Minutius  
Felix,

Felix, Theodoreetus sed & recentiores; Lambecius in historia philosophica, Hornius libro ejusdem argumenti, Jonsius de Scriptoribus historiæ philosophicæ, Vossius de sectis philosophorum, Lipsius de philosophia stoica, Gas-sendus de historia Epicuri, Schefferus de philosophia Pythagorica, & alii superioris ævi Scriptores, quos Jonsius in calce libri exhibet, quibus accenseri meretur Thomasius in Schediasmate Historico de Philosophis.

§. VII. Hodiè cum Græcia fidem Christianismō dederit, hæ quidem Græcanicæ sectæ philosophiæ exspirant; durant tamen adhuc propagines Scholarum philosophiæ Barbaricarum, ut olim Græcis vocabantur; Sabii namque in Arabiæ & Babylonиæ partibus quibusdam adhuc supersunt, de quorum morali doctrina dictum à nobis pluribus est in dissert. de philosophia Barbarical Orientali circa mores. Ibidem de Brachmanibus hodiernis quædam annotavimus. Pluribus bono cum DEO de Septentrionalibus & Americanis imposterum acturi; ubi argumentum id pertractare licebit.

## CAPVT IV.

# APOSTASIA IVDÆORVM AD GENTILISMVM, ET NATV- RALISMO EORVN- DEM.

### §. I.

 Vomodo omnes ferè Noachidarum familiæ à vero DEI cultu ad Diabolicum, Magicum & Idololatricum

tricum olim defecerint superioribus capitibus manifestum fecimus. Ne autem periret Ecclesia in terris, esenque qui in revelata notitia viam invenirent ad caelos, idem O. M. DEVS prævidit. Vatem egerat Noachus ubi Japhetum in Semi tabernaculis habitaturum prædixerat: Innuit namque Japhigenis una cum Chamigenis deficientibus, Semum aut potius familiam Semi vera DEI notitia eaque revelata gavisuram: Et post Japhigenos in ejusdem salvificæ cognitionis Socieratem quoque reddituros in ea permanuros. Ex Semi namque familia Thara fuit Abrahami Pater, qui Thara cum & ipse prolapsus in profanas superstitiones eset, misertus est DEVS Abrahami filii ejus, cundemque ex patria exire iussum, constantibus alloquiis præsentique gratia in revelata quondam vera de Messia nascituro notitia, confirmavit. Abrahamus eandem doctrinam tradidit liberis suis, atque hi posteris suis; unde apud populum Iudaicum solum salvifica tunc eaque revelata doctrina mansit: Quomodo illa apparitionibus DEI & Filii ejus, typis item & signis perpetuisque vaticiniis corroborata fuerit, ipsæ litteræ sacrae docent satis, & Theologi ex illis uberius, ubi demonstrant sub V. T. fideles fide in Venturum Messiam salvatos fuisse. Observandum tamen hic est, paucos aliquos etiam Abrahami & posteriorum temporibus ex aliis Noachidarum familiis superfuisse, qui traditam à Noah doctrinam constanter retinuere. Inter eos referre solent Melchisedecum (licet an Semus ille an alias aliquis fuerit valde dubium sit) Abimelechum, Eskol & Aner, Abrahami foederatos, Socerum item Mosis in Ægypto alias Sacerdotem Iethronem, Jobum & Bileamum, qui tamen mox defecit, ubi Israëlem diris devovere cu-

pierat. Nos autem historiam Apostasias Judæorum nunc sigillatus expendemus.

§. II. Jusserat Jacobus omnes domesticos suos, imagunculas & sigilla ærcia, quæ ex Sabiorum veterum doctrina Idolis consecrabantur, in terram defodere, ut ita familiam suam ab omni superstitione Gentilitia purgaret. Cum autem inter Ægyptios degerent Israëlitæ, ex commercio cum Gente ista iuperstitiosa & ipsi quoque aliquid pestiferi trahebant, quod vel ex sola vituli eretione in deserto, patet. At severissimis monitis & vindiciis etiam mox expugnabatur atque expiabatur hæc Idolatria atque tunc D E V S præter morales leges ceremonialia & forensia statuta dictitans, populum prouum ad superstitionem sibi quasi obligabat. Vbi observandum, quod plurima eorum scita forensia & Ceremonia-lia opposita fuerint Sabiisimo, ut egregie idipsum ostendit Hottingerus in historia Orientali de Sabiis.

§. III. In Canaanis terra quam recens sibi subjugaverant, incolarum quoque religione & moribus corrupti Judæi fuerunt. Indicant hoc querelæ D E I in libro Judicum expressæ, & præsertim Teraphim Michæ (ex antiqua Sabiorum doctrina) Regum autem temporibus occurrit illa defectio decem tribuum, procurata à Jerobeamo profano astu. Hic vitulorum cultus Ægyptiis cunabula debet, illique postmodum accedebat cultus Baalim D E O R V M, verius Diabolorum, quomodo Sabii intelligentias Astrorum præsides & arbitras negotiorum mundanorum vocabant. Hic cultus Baalim non tantum in Regno Israëlis, sed & in Regno Judæ tantas egit radices, atque ea sumpsit incrementa, ut cum extirpari amplius divinis correctionibus nequierunt, proœcerit

cerit D E V S decem tribus à facie sua, Judam autem in captivitatem abduci passus est, ut meliora mox saperet.

§. IV. Quod autem in ista idololatria quæ non tantum decem tribus, sed & mox duas reliquas infecit & penitus corrupit, revelata à DEO doctrina planè in oblivionem venerit, apud primores populi constat ex Prophetâ Ezech. VIII, 12. D E V S ibi ad Ezechiem: *Certe vides, quæ Seniores faciunt in tenebris, unusquisque in abscondito cubilis sui. Dicunt enim non videt Dominus nos, dñe liquit Dominus terram.* Hic ipse Naturalismus est & Atheismus Ecclesiasticus, de quo & David suo tempore fuerat conquestus, quinimo pauci illi, quos in terra desolata residuos fecerat Rex Babylonis renunciata. D E O obedientia ad Ægyptiorum idololatriam defecere, de quo in ultimis Prophetæ Ieremiæ capitibus. §. 5. Reliquias Regni Judaici, cum D E V S Babylonem abduci passus esset, ut ista calamitate corrigerentur, evenit etiam ut resipiscerent Judæi ad unum ferè omnes, idque Prophetarum opera, quos D E V S in populo captivo reliquerat, & soluta postmodum captivitas est, instaurataque vera iterum eaque revelata in Gente doctrina. Hæc autem felicitas & puritas veræ ac revelatæ doctrinæ diu haud duravit, siquidem ea fata tunc habuit Ecclesia Judaica, quæ primitiva N. T. post trium seculorum decursum, ubi ordines varii operum exactores insuper habitæ fide in Messiam exorti sunt, atque ita multum integratitudine coelestis doctrinæ detraxerunt.

§. VI. Prius autem de Samaritanis eorumque corruptelis monendum est. Constat ex Sacris loco adductarum decem tribuum, rediisse ex diversis Asyriorum & Chaldeorum provinciis Ingolas gentiles, quos cum

DEVS abominaretur, neque eos terra sustineret; missi sunt ex Sacerdotibus & Levitis captivi nonnulli, qui peregrinas has in solo Iudaico gentes ceremonias & ritus à DEO præceptos docerent. Hinc nova orta est Syncretistica religio Samaritanorum, cuius interiora, ut ita loquar, nil nisi gentilis erat superstitione: exteriora autem ritus à DEO præcepti. Hinc Cuthæi Judæis dicebantur postea qui Samaritanismo adhærebant. Videri potest de Samaritanismo Epiphanius, & è recentioribus Hottingenus variis locis: Præsertim autem in Disputationibus Antimorinianis.

§. VII. Præter Samaritanos ad Gentilem sectam, quoque recensendi videntur superstites illi è captivitate Judæi, quorum apud Prophetam Jeremiam cap. postremo mentio fit: qui refractarii DEO & verbo ejus, ut ibidem videre est, defecerunt ad cultum Baalim, ut in Ægyptum postea secesserunt Apostatae à vero DEI cultu facti.

§. IX. Samaritanismus autem vetus diu haud duravit, quia redeuntibus in terram Israëlitis complures & Samaritanis coacti à Regibus Persicis ad cultum Judæorum sese applicuerunt; hinc nova mixtio eaque magis ex præscripto Judaicæ Religionis, quam vetus, licet adhuc profanus ille Syncretismus duraret & magnorum postea errorum causa existeret. Contigit namque eo tempore, cum è primoribus Judæorum contraherent nonnulli connubia cum Gente Samaritanorum; de quo in libris Nehemiacæ videre est; ut dissidium hinc novum Hierosolymis oriretur; atque tunc ex Archi-Sacerdotali stirpe etiam aliqui ad Sanneballatum Samaritanum defecere, cum nuptias cum ejus filia pridem initas fieri nollet. Evenit interea, ut Alexander M. victoria arma in-

Pa-

Palaestinam proferret: Huic Sanneballatus contra Tyrum prælianti postquam auxilia adduxit, à victore impetravit, ut siceret novum gēnero suo in monte Garizitanō templum exstruere, ibidemque novos Hierosolymitanos cultu similes ritus ordinare. Hic novus Samaritanismus multum ex Iudaica religione traxit; Cæterum ea ex Gentilismo habuit quæ thesī decima de Sādducæis reliquiis Samaritanorum dicemus.

§. IX. Atque sic Samaritani aut potius Judæi deficientes ad Samaritanos, novamque sectam constituentes Ecclesiam Judaicam haud parum turbarunt. Majus autem dampnum & impedimentum revelatae doctrinae Sacris attulit contentio inter Judæos ex ambitu Pontificiaē dignitatis exorta. Hæc allexit Rēges Syrie & Aegypti, ut anniterentur tandem Judaica abolere Sacra, de quo in lib. Maccabæorum pluribus agitur. Hac occasione Gentilismus Græcorum Philosophicus irrepit in revelatae doctrinæ professionem, postquæ obstetricatus est novis in gente hac exsurgentibus sectis, ut dicere omittam de ritibus tam Sacris quam profanis ad græcanicas consuetudines conformatis.

§. X. Obviam itum Regum Græcorum machinis à Maccabæis fratribus, factumque tandem est DEI beneficio, ut Gentilismus è Gente Judaica eliminaretur iterum: Majus autem revelatae doctrinæ detrimentum accessit ex Schismatibus & hæresibus sub ista tempora exortis. Quicorū opponebant fē tam Gentilibus quam Samaritanis & Sectariis Garizitanis, Chasidim (Græcis Chāsidæi) vocabantur, manebatque penes illos professio, Theologiae una cum opinione peculiaris cuiusdam sanctitatis (simili planè modo, quo Clerici olim seu Ministri sacerorum à Laiis)

cis sanctimoniae praetextu distincti sunt). Horum Chasidæorum institutum crimine carebat, quippe Successores Prophetarum & Synagogæ magnæ locii erant. Mox autem in abusum nonam hoc quoque institutum venit, cum hic quoque Casidæi inter se novis placitis ac institutis dividarentur. Non dicam quomodo Schola Hillelis & Sammai in utilibus Disputationibus (quales recentioribus seculis Thomæ & Scoti fuerunt) occupata dissenserit: Id saltem in medium nunc proponam quod è Ludo horum Chasidæorum prodierint, qui novas ex veterum traditionibus doctrinas & merita operum peculiarium propalam ostentarent. Hi sic contradistincti Karajim, qui in N. T. Legis periti dieuntur in recensendis contextus sacri capitibus & apicibus tantummodo versabantur, neque curabant novas ex traditionibus dogmatum adinventiones.

§. XI. Ex Chasidæis Deuterotis (ita dicuntur qui traditiones crepant) prognata est prima post Carræos eaque nobilissima Pharisæorum secta, qui non Astronomiæ tantum à Græcis acceptæ vacabant, sed & fatum Stoicum perinde ac traditiones de lotione, de prædicatione, de Sabbatho, de Jejunio, de Decimis, de Oblationibus seu Corban inculcabant; oblii prorsus fidei in futurum Messiam. Docerant namque justitiam esse ex lege; cumque objiceretur neminem vivere, qui non peccet, hoc quoque dogma addebant, damnari neminem ob transgressionem quorundam præceptorum, modo observaret plurima, qui sanè ipse Naturalismus est. Huic dogmati Jacobus cap. 2. v. 10. contradixit & pluribus ipse Salvator noster & Apostolus Paulus multis locis.

§. XII. Ut Stoici quondam Epicuræis refragabantur, ita Pharisæi Sadducæis. Sadducæorum autem dogmata

mata eadem ferē quæ Epicureorum Gentilium fuerunt. Origo Sadducæorum incerta valde est. Tradunt Rabbi ni, Antiquorum Synagogæ magnæ discipulum & successo rem Simeonis ac Hillelis, docuisse; *non esse serviendum D E O spe meriti alius*: Hæc verba Praeceptoris Sadocum & Baitosum discipulos pravè interpretatores de interitu animæ post obitum corporis, quodque nulla sit operum retributio. Verior autem illa videtur sententia, Saddocum quendam (Dialecto tunc usitata Sadducum) seu Samaritanum seu potius Apostatam à Samaritanis auctorem novæ sectæ fuisse. Occasio inde præbita, Hyrcanus Pharisæorum sectæ addictus, templum Garizitanum, postquam 200. annos steterat, funditus diruit. Antistites itaque Samaritanorum Semini-Judæi Hierosolymam adducti, membra ejusdem Ecclesiæ esse aut voluerunt aut esse coacti sunt. Hi antistites neglectis Chasidæorum iunctis ad Carræos se applicuerunt, atque è diametro adversati Pharisæis sunt. Nec defuit successus institutor evenit namque ut videre est apud Fl. Joseph. & Josephum (Gorionidem) ut Hyrcanus à Pharisæis irritatus, (quoram instinctu ante templum Garizitanum diruerat) à Pharisæis desciceret, seque ad Sadduceorum partes applicaret. Ex his conjecturis nostris & connexione rerum patet causa, quare Sadducæi cum Samaritanis & Carræis sapientius confundantur. Fuere autem hæc capita doctrinæ Sadducæorum, quæ pluribus edisserit Drusius lib. 3. de Sectis Judæorum cap. 12. Dei providentiam non extenderé se ad mala seu potius malos, quin immo D E V M ne quidem curare res humanas, nedum ut boni spirituæ author sit: omnia sita esse in nostra manu quæcunque salutis media: Non esse essentias quædam Spirituales in corporales;

reas; Animas huiusq[ue] nihil aliud esse quam crases seu complexiones corporum: non esse resurrectionem corporum, nec vitam venturi seculi exspectandam: proutilitate & societatum conservatione in hac vita laborandum, & his tantum ex causis necessarias esse virtutes. Qui ipse sanè est Naturalismus, complurium politicorum, hodiè.

S. XIII. Esæi tertia inter Iudaicos à Iosepho commemoratur secta unde ortum traxerit, & quo tempore, id yix conjecturis assequi licet, tantum abest, ut certo ac indubitate quippianæ de his pronunciare possimus. Tentabimus autem verum hic quantum in nobis est eruere. Constat ex Sacris Nazaræos seu potius Nasiræos in Gente Judaica illos dictos fuisse, qui peculiaribus votis divino cultui sese addixerunt. Notum item est ex Jeremiæ Prophetia Rechabitæ proximè ante devastationem primi templi constanter divino cultui adhaesisse. Atque hi tum temporis Rechabitæ in urbem alkæcti fuere, cum agros instituto quodam peculiariter prius coluissent. Cum itaque soluta esset captivitas, hi quoque Rechabitæ in terram sanctam redierunt, cumque ad paucos rediissent, omnes eos, qui sponte vellent, in contubernium adhaeserunt. Mirum itaque esse non debet de Esæis nullam fieri mentionem in Scriptoribus Josepho & Philone antiquioribus, cum & Rechitarum veterum in N. T. rara sit mentio. Sed Rechabitæ inquis, nuptias contraxere, Esæi degebant cælibes, quod sanè si verum esset, de Esæis omnibus dici non possit, ortos illos esse ex Rechabitæ. Constat autem Esæorum familias aliquas seu potius scholas (Seniorum quidem eorumque, qui ex aliis familiis ad illos accesserant) à nuptiis abstinuisse; alias autem

rem ( videlicet Rechabitarum & asseclarum juniorum ) connubiale sacrum non averstatos fuisse. Hinc nec fidem habere possumus Scaligero , qui Essæos ut Schismaticos & hæreticos odio à reliquis Judæis habitos contendit : nec Eusebio ac Epiphanio qui Essæos Monachos Christianos faciunt : neque etiam facimus cum illis, qui Essæos post Christi tempora, aut ipsa Christi ætate à Juda Galilæo ortum trahere, asserunt, à Bani quoipam cuius mentionem Josephus facit: Quandoquidem Galilæorum secta in herba oppressa fuit, Essæorum autem familia perduavit. De posteris Essæorum videatur Josephus. Observandum tamen & hoc, plurimos Eessæorum Christianismum amplexos, & Cœnobitas, aut etiam Monobios factos, singularibus istis Monachorum institutis ansam & occasionem præbuisse. Quæris unde dicti Essæi? quid obstat, quominus illos in scholam Chasidim receptos atque inde nomen tulisse dicamus.

## CAPUT V.

DE

# GENTILISMO INTER CHRISTIANI NOMINIS PROFESORES INSTAVRATO, DE QVE NATURALISMO PELLAGIANORVM.

## §. I.

Um Judæi ita defecissent à revelatæ doctrinæ professione, Christus æterni Patris verbum, in mundum dum

D

dum vénit, cumque à Judæis prædicatio salutaris Evangelii non admitteretur, conversi ad superstitiones olim gentes discipuli ejus, revelatam doctrinam undique propagarunt.

§. II. Vix tempus fuit, quo liberi ac segreges à corruptelis veritatis Christiani cætus vixerent. Namque ipso statim Apostolico ævo Simon Magus cum Christianismum simulasset potius, quam profesus esset, Gentilissimum profanum non sine Magia docuit inter discipulos & ad posteros transmisit. Hujus Simonis Magi & asseclarum doctrina non nisi naturalis in Dæmoniaca fuit, quandoquidem posthabita revelata à D E O doctrina & fide in Christum ipsi γνῶσιν qui profiterentur, Gnostici seculo sequenti dici cæperunt. Hic autem γνῶσθαι hujus scopus erat, ut diceret Simon, non esse credendum quidquam de D E O, sed sciendum, atque isto modo sciendum, quo sensibus alia obvia habemus. Sensibus autem putabat exponi superas potestates, si cum illis commercium contraheretur. Hinc artana Gnosticorum non nisi magica fuere, ipsique Gnostici illis יְהוָה. Gnosticis Naturalistis accensendi, quos in V. Testam. D E V S una cum Magis & Hariolis gentium execratur. Quid? quod hi Gnostici Zoroastris Magi libros vendabant se possidere, atque cum veteribus Persarum magis duo principia coæterna; alterum bonum, alterum malum, ipsiusque mundum æternum statuebant. Idem Gnostici & Simoniani etiam resurrectionem mortuorum negabant, id quod de Hymenæo & Phileto Gnosticis, Apostolus Paulus conqueritur. Idem etiam nihil esse justum ex se & sua natura docebant, ut constat ex Irenæo cap. 20. & 24. lib. I. De Magia Gnosticorum Irenæus videlicet

deri potest lib. i. cap. 20. & pluribus locis, deque variis Simoniacorum & Gnosticorum sectis veteres, Epiphanius, & præsertim Origenes in libris contra Celsum, Eusebius, Tertullianus &c. Imprimis autem Irenæus qui libros suos, ut Græci quondam textus (qui nunc periit) inscriptio habuit, aduersus γνῶστας & Gnosticos conscripsit. Υευδανύμος γνῶστας Apostolus Paulus mentionem facit i. Tim. VI. v. 20. 2. Tim. II. v. 16. Ex recentioribus commentariis sunt hac de materia, Gnosticorum scil. secta: Pignorius in tabula Isiaca, Thomasius de initiis philosophiae, & præsertim Kircherus libris pluribus ante aliquot annos Romæ editis, de Philosophia & Theologia Gnosticorum.

§. III. Hisce Simonianis & Gnostiçis revelatae doctrinæ de fide in Messiam osoribus annumerandi sunt tot ejus discipuli & præsertim è Judæis orti Ebionitæ, Cerinthiani, Nazaræi, qui Christum nudum hominem habebant sequentes Iudæorum deliria. Messiam non alium nisi hominem promissum in Vet. Test. fuisse. Huc etiam pertinent Elcesæi & Sampsæi à (Σάψη) sole dicti, quippè hi astris divinos deferebant cultus, undè & coelicolæ dicti, idque nomen injuria veris Christianis impatum fuit.

§. IV. Omnes etiam illi, qui mysterium S. S. Trinitatis & Divinitatem Christi negaverunt, eandem classem cum Simonianis & Gnostiçis, Ebionæisque implet & naturalismi meritò rei peraguntur, de quibus in historia Socinianismi aliqua diximus, & in fine Disserit. ubi de naturalismo Socinianorum agemus.

§. V. Manichæi genuina Simonis soboles & Saviourum veterum, hic quoque prætereundi non sunt.

Quippe qui & mundi æternitatem defendebant, & uno illo de duobus æternis principiis principio, totam Theologiam revelatam evertebant. De his pluribus agunt Ecclesiasticae Historiae authores, & Arabes Scriptores.

§. VI. Nestorius & Nestoriani omnesque eis similes nostra ætate, eo minus hic silendi sunt, quo tectius revelatae doctrinæ ( $\Theta\epsilon\lambda\alpha\gamma\imath\alpha\varsigma$ ) fundamentum impugnant, & merum tandem ex principiis suis inferunt Naturalismum. Uterque à Paulo Samosatano (eo, qui divinitatem Christi in gratiam Zenobiæ Iudaicis sacris addictæ, impugnavit) erroris semina hausit, cumque re ipsa negaret officium Christi mediatorium, doctrinam de fide & gratia, atque sic omnem doctrinam revelatam non potuit non labefactare. Patebunt hæc dilucidius, ubi de Nestorianorum & Pelagianorum consensu ulterius à nobis dicetur.

§. VII. Pelagius, si quis unquam Naturalismi Doctor fuit, incubuit sanè in eum propagandum acerrime. Gratiam namque omnem tollebat, naturam ejusque vires extollens, ut sufficientes ad consequendam salutem. Hinc Stoicorum *ἀναγέννησις & αὐτοδοσία* inculcabit identidem & fidei salvificæ substituebat amorem, ut videre est ex Bedæ Comm. in Cantica. Hinc Gentiles operibus legis justificari posse docebat, virtutesque Gentilium bonorum operum, quæque DEO placeant, loco habebat / vid. de illo Vossius, cuius historia etiam de controversiis Pelagianis libris. VII. comprehensa, extat) disp. 31. Vbi ita: *Pelagius nec idem semper de gratia, nec sensit, nec dixit, Primitus omnia nature tribuebat, postea objurgatus, quod gratiam DEI non agnosceret, eam quoque nominare capit, sententiam tamen non mutavit: nam per gratiam intellectus possibiliterem nature à DEO indire h. c. rationalem voluntates.*

luntatem. Et cum clara offendirent Patros, Scripturam non de naturali gratia loqui, sed ea quæ excederet vires nature, quasi singulari equo bigas jam preferens cum naturale gratia pariter currere ius sit supernaturalem, sed solam externam, quam in doctrina legis collocabat. Ut banc opinionem suam facilius aliis instillaret, sub laudatione liberi arbitrii & legis divina eam plurimum proponebat, eos, qui consenserent, liberum negare arbitrium & cum Mariachais sentire licebat. Hactenus Vosius.

§. VIII. Ebioniticæ, Nestorianæ & Pelagianæ doctrinæ notabilem planè harmoniam Cassianus docet lib. 1. de incarnatione Christi contra Nestorium cap. 2. & lib. 5. de Incarnatione Christi cap. 5. & 1. Et in versibus, quibus Epitaphium utrique huic hæresi struxit & Nestorianæ & Pelagianæ:

*Nestorianæ lues successit Pelagiand*

*Quæ tamen est utero progenerata med.*

*Infelix misera genitrix & filia nata*

*Prodihi ex ipso germine quod peperi.*

*Nam fundare arcem meritis prior orsa superbia*

*De capite ad corpus ducere opus valui.*

*Nam Christum pietate operum & mercede volentes*

*Essē D E V M (non naturam D E V M,) in capitio  
fædere non sterimus.*

*Sperantesque animi de libertate coronam*

*Perdidimus, quam dat gratia, justitiam.*

Latius hæc persequitur Dionysius Petavius lib. 1. de Incarnatione cap. 12.

§. IX. Quemadmodum itaque Pelagiana Nestorianæ hæresi prælusit, sic utraque hæc Socinianismo &

**Neo-Arminianismo;** de quo in fine Dissertationis pluribus à nobis dicetur.

§. X. In eandem cum Samosatenianis Nestorianis & Pelagianis referendus Petrus Abailardus, qui de Trinitate secundum placita Pythagoræorum & Platonicorum docuit & Christi meritum pariter negavit, satisfactionem mortis ejus pro peccatis humani generis non agnoscens; docuit idem Christum à Diabolo nos non liberasse, negavitque homines in captivitatem Satanæ unquam redactos fuisse ob lapsum primorum nostrorum parentum. Vid. Bernhard. Ep. 95.

§. XI. Hisce accensendi sunt omnes, qui hodiè peccatum originis negant, & liberi arbitrii vires extollunt, namque & hi ex consequentibus dogmata hæc, Naturalismi rei merito peraguntur.

§. XII. De sectis nonnullis Anabaptistarum ho- diernorum observandum, præcipue de David Georgitis & qui Eliam Stifelium præceptorem secuti sunt, quod Gnosticorum deliriis affinia eorum dogmata sint. Ob servandum etiam est de omnibus illis, qui hodiè operum merita urgent, quique unionem personalem verbalem faltem statuunt, quod officium Christi mediato- rium ejusque satisfactionem pro peccatis negent, atque sic quidem naturalismo portas pandant.

CAPVT VI.  
DE  
NATVRALISMO EORVM,  
QVI EXTRA ECCLESIA M  
SALVARI QVOSDAM POS-  
SE EXISTIMANT.

## §. I.

**N**e o cōspirant Naturalistæ omnes, quicunque illi demum sint, posse homines sacrarum literarum cognitione & usū destitutos ad salutem æternam pervenire. Diversimodè autem eandem sententiam diversi propugnant & tuentur.

**S.** II. Patres vetustissimi, Iustinus Martyr *Apol. 2. ad Antonium Et in Apol. ad Senatum*, Socratem, Herachium, aliosque in Gentiles μετὰ λόγος βιώσαντας Christum ex parte cognovisse & salvatos fuisse asserit. Clemens Alexandrinus Iustino Coætaneus *lib. 6. Scrotoratum & lib. 7. ante Christum natum*, Gracos per Philosophiam salvatos fuisse asserit quemadmodum Iudæi verbo à Prophetis predicatoro. Chrysostomus *homil. 38. in Matth. & ferm. 2. de obscuritate Prophetarum*, Gentiles naturali notitia unius DEI absque fide in Christum salutem obtinuisse itidem existimat; qui ipse homilia de Lazaro, resurrectionis fidem negat illis, qui ante Christum natum vixerent. Præter hosce alii quoque Patres operibus Legis Patriarchas sub V. T. & non fide sola salvatos statuunt.

## §. III.

§. III. Hæc Patrum loca hodierni Arminiani & Sociniani & Naturalista omnes gratiæ divinæ hostes pro se adducere solent, & consensum item Ecclesiæ urgere. Quare id operam dedere pii pariter & docti viri, ut pàtres hos modo citatos à pernicioso isto errore excusarent. Inter vetustiores Dionysius Rikel Monachus Carthusianus sat celebris apud Montacutium in Analectis Ecclesiarum. Exerc. 1. p. 20. Gentiles hosce Philosophos fide implicita quadam & involuta salvatos fuisse existimat. Alii ajunt, Patres statuisse paucos quosdam per traditiones de futuro Messia, à Patribus primò acceptos & constanter servatos illuminatos fuisse. At clara Justini verba arguunt satis, eum in illa fuisse sententia, Christum λόγον ΔΕΙ mentium omnium parentem etiam illuminasse Socratem & gentiles, qui secundum rationem vixere. Eadem sententia Clementis fuit, qui & hoc statuit; Gentilium Philosophorum animas in inferno detentas, adusque Christi descendens ad inferos, cum Christo prædicantî in inferni claustris fidem habuissent, ab eo in cœlos translatos fuisse. Et vulgaris fuit ista opinio inter veteres de prædicatione Christi apud inferos ex male intellecto Petri loco I. ep. cap. 3. v. 19. Videri potest Clemens lib. 2. Stromatum. orig. lib. 2. contra Celsum, Hieronymus comment. in Ep. ad Eph. cap. 4. Hilarius in Psalm. 118. Damascenus lib. de defunctis pag. 421. Nicetas in Comment. ad Orationem Naziantz. 42. Jobius apud Photium cod. 122.

§. IV. Hæc Patrum loca pro salute Gentilium pluribus expendunt Casaubonus exerc. 1. in Bar. & Ioh. Pridaux lect. 18. Vossius item in historia Pelagianismi, ubi de bonis operibus Gentilium agit. Non animadvertebunt autem eruditii hactenus, Gentiles aliquos errori huic ad

adfinas fuisse. Verba ejus sunt pag. 248. in editione Poëtarum Ecclesiasticorum Fabritii: *Equum est quicquid omnes volunt unum putare, eadem spectamus astra, communem cælum est, idem nos mundus involvit, quid interest, que quisque prudentia verum requirat, uno itinere non potest perveniri ad tam grande secretum.* Rhetorianos hæreticos, naturalistarum pessimis accensendos quoque esse nemini dubium esse potest, quippe qui omnes hæreticos bene sentire dicebant, si Philastrio credimus c. 43. contra August. hær. 72. Hos omnes tam Patres vetustos, quam hæreticos aliunde infames, dum Gentilibus Evangelio destitutis salutem adscribunt, insigniter errare asserimus cum Chemnitio *Orat. de Lection. Patrum.* Quanquam excusandi quodammodo Patres sunt à gravitate erroris præ hæreticis dum principiis philosophicæ sectæ suæ impliciti; atque ut Gentiles lucrifacerent, Gentilium testimonio usi Socratem Platonem aliosque severioris disciplina magistros ut testes & οὐαψίφει laudando modum exceserint, præsertim, cum hi ipsi Philosophos gentilium non per legem Naturæ, sed per Christum extraordinarie salvatos fuisse autumant.

§. V. Excusandi tamen haud sunt Scholasticorum illi, quibus cum Gentilibus res haud erat, quique Pelagiana sectantes principia, Gentilibus æternam salutem cum Christianis communem fecerunt, ut Holkot, Durandus & alii. In hanc sententiam ipse Naturalista Casalius, Thomam, Lyranum, Abulensem, Brunoneim, Carthusianum, Ioh. Arboreum, Durandum, Paludanum & Capreolum citat. At verò quemadmodum ex Montacutio exerc. I. sect. 4. in Baronium videre est, non omnes hi unam fovent sententiam, quam persuadet sibi Casalius, cum verbâ eorum diversum quid innuant.

§. VI. Extra omnem autem controversiam, scholasticorum illi, qui pro salute Aristotelis librum conscripsero, cuius mentionem fecimus in lib. de Doctoribus Scholasticis & in Disp. de defectu luminis naturæ; Colonenses item Philosophi eandem materiam pertractantes, ut ex Cornelio Agrippa lib. de vanitate scientiarum c. 54. vide-re est, Naturalistis accensendi. Inter quos nec obscurum nomen est *anonymi alicujus auctoris libri cui titulus, commentationes extemporales philosophia Aristotelis, cum ejusdem vita & moribus*. De quo plura legi possunt in Collegio Anti-Photiniano Christiani Matthiae Exerc. II. th. 25. 26. De Haslero ejusdem erroris reo Zanchius lib. I. epistolarum p. 189.

§. VII. Ex recentioribus Pontificiis Doctoribus & Jesuitis errorem hunc suum fecerunt Steuchus Sepulveda, Tanmerus, Maldonatus, Petrus Payvva, Andradius, Erasmus, Trigautius initio lib. de expeditione Christiana apud Chinas, Pererius, Gregorius de Valentia, Ludovicus Vives, Picus Mirandulanus, Franciscus Cellius libro de animabus paganorum, Vega, Catharmus, Sotus, Casalius, Lipsius & Concionator ille Tridentinus apud Sleidanum lib. 23, Erbermannus. Ut merito ita queratur à Costa de procuranda Indorum salute lib. 5. *Vix satis possum mirari quid Praeceptoribus quibusdam scholasticis, diris certè gravibus nostri seculi, in mentem venerit, ut nunc quoque temporibus, post tam diu revelatum Christum sine Christi notitia salutem cuiquam eternam contingere posse confirmet.*

§. VIII. E Calvinianis Zwinglius præfat. expositionis fidei ad Franciscum I. Balæus item, Capellus, Massonus, Gualterus Zwinglii *unquam patitur, in eandem sententiam peni-*

penitus descenderunt. Zvvingerus item quanquam hic statuit Socratem & Platonem Trinitatem cognovisse & Thomas Brovne auctor libri de religione Medici. De Socianis, Neoarminianis & Franciscò Puccio singularibus capitibus à nobis dicetur.

## C A P V T VII.

DE

# NATVRALISMO GENTI- LI PHILOSOPHORVM PRÆ- CIPVE ARABVM ET MO- HAMEDANORVM.

### §. I.

**M**ohametani cum rerum potiti essent, novam quoque religionem Mohammedis Pseudoprophetiarum ubique introducere anni si sunt. Hæc autem Iex Muhammetana, dum Christum agnoscit merum hominem & Prophetam simul divinum habet revelatae doctrinæ, de salute, merito Christi nobis factæ è Diametro est contraria, cumque Gentili Philosophia in pluribus consentit.

§. II. Docent autem Mohammedani inter alia, quoslibet è diversis etiam religionibus & sectis justè viventes, licet non sint Mohammedani, salvati tamen posse.

§. III. Prodiit inter Mohammedanos hosce secta, quæ dicitur LOQVENTIVM seu Naturalium Philosophorum, qui in speculatione summum bonum posuerunt. De quibus Hottingerus in Hist. orientali p. 344. & seqq. Buxtorffius ad Sepher-Cosri p. 256. & seqq. pluribus videri

possint. Hi Logici & Metaphysici Arabes Hispanis & Anglis scholasticam disputandi methodum primum tradiderunt.

§. IV. Ex hac speculativorum Philosophorum schola prodiere subtiles isti athei inter Arabes, qui *κατ'* *έξοχην* Philosophia digi voluerunt; Hostes omnis revelatae doctrinæ, omnis Prophetiarum adversarii, qui D E V M ipsum & omnes etiam naturalis Theologiae, quatenus illa cum revelata consentit, articulos luxarunt & evertierunt. Videri de hisce potest Sepher-Cosri pag. 2, & seqq. pag. 286. Locum annotabo ut pateat, jam olim Sathanam eadem quæ hodiè subtilioris atheistini Zizania sparisse: *Apud Creatorem neque est Benevolentia neque odium: ille enim exemptus est ab omni voluntate & intentione:* Nam intentione docet de imperfectione intendentis, & consummatio intentionis est ejus perfectio, ut dum nondum ea perfecta est, ipse sit imperfectus. Sic exemptus est juxta Philosophos, à cognitione particularium circumstantiarum ipsarum rerum, quia illa mutantur; in D E V M autem nulla cadit mutatio, & D E V S Te (ut individuum singulare) non cognoscit, multò minus intentionem & actiones tuas, neandum ut audias orationem tuam, aut videat motus tuos. Quod Philosophi dicunt, ipsum creasse te, dicunt id per Translationem, quia ipse est causa causarum omnium rerum creatarum, non quod una queque sit intentionaliter ab ipso. Imò ille à seculo nullum creavit hominem; Mundus enim est eternus, neque unquam ullus homo, non ab alio precedente prognatus, exstitit: Compositio formarum, temperamento-rum, & morum, originem dicit à Patre & Matre, ceterisque propinquis suis; & Qualitates ab aëre, terra & regione, & cibis atque aqua, ut & à virtutibus orbium caelestium

(septem

(septem Planetarum) signorum Zodiaci, ceterarumque stellarum, pro illarum positione & rerum generatarum condizione: Omnia tamen referuntur ad causam primam, non ratione intentionis illius, sed propter emanationem, qua causa secunda ab ipso emanat, ut & tertia & quarta &c. Et hoc pacto coherent cause & causata, illa vides, bocque coherentia est aeterna, quemadmodum causa prima aeterna est, nullumque principium habet: Individua singula in hoc mundo causas habent per quas perficiantur quoad compositiones & qualitates. Sic est individuum, cuius causa sunt perfectae, unde & ipsum perfectum prodit; aliud, cuius causa sunt imperfectae, unde & illud imperfectum sit; sic verbi gratia, *Æthiops* ad nibil aliud est aptus quam ad receptionem formae humanae, & sermonis cum summa imperfectione: Philosophus, in quo omnes qualitates apte sunt dispositae, per illas recipit virtutes morales, scientificas, & practicas, nec quicquam ei deest ad perfectionem; quamvis illa perfectio adhuc sit in potentia, & opus habeat ut educatur in actum institutione & doctrina, donec appareat Qualitas illa quam habet seu in perfectione seu in imperfectione (b.e. sive major, sive minor, prout gradus sunt illorum: ) & horum qui intermedium obtinente gradum infinitus est numerus: Perfecto autem lux quadam divina adharet, que vocatur intellectus agens vel practicus, cui intellectus ejus passivus adharet per modum unionis arctissima, ita ut nulla videatur differentia inter virum illum, & intellectum agentem, omnique illius membra una sint, neque applicant se nisi ad actiones perfectissimas, temporibus commodissimis, & ad res optimas; prorsus ac si omnia ejus membra organa essent intellectus agentis, non intellectus materialis passivi; & cum ante illis (membris) usus esset taneum in potentia,

antè perfectionem obtentam, aliquando peccans, sapiens aberrans, nunc continuò bene agit. Atque hic gradus summus est, ad quem pertingere, quemque sperare potest homo perfectus, quo, posteaquam anima ejus purificata est à dubitationibus, intelligit scientias in veritate sua, Angelis similis redditur, Angelicamque quasi in naturam convertitur, à corporeitate omni abstractam; Etique gradus intellectus agentis, qui est Angelus, cuius gradus est inferior Angelo qui prefectus est orbi Luna, & sunt ambo intelligentia à materia abstracta, aeterna una cum causa prima, neque unquam consumptionem vel interitum metuendum habent: Et anima hominis perfecti, atque intellectus agens fiunt unum; neque curat, licet corpus & membra sua consumantur, quia ipse & illares unum sunt, animaque ejus requiescit in vita, eo quod adjungatur catui vel classi Hermetis, Esculapii, Socratis, Platonis & Aristotelis. Ille enim & quicunque ad gradum ilorum pervenerunt, cum intellectu agente unum sunt, persistantes in eternum. Atque hoc est quod nominatur benevolentia Dei per Translationem & Accommodationem & capacitatem intellectus nostri. Ad hunc ergo gradum contendere, & quere scientiam rerum veram, donec intellectus tuus sit agens, non patiens, adhuc vias iustorum in virtutibus (habitualibus) & actionibus (bonis); bac enim iuvant conceptus veritatis, ut & assiduum studium, & confirmationem cum intellectu agente; (quod si feceris) statim ascendet in manum tuam, b. e. consequeris aulaquetas, Humilitatem, omnemque adeo virtutem laudabilem & eximiam, & celebrabis una cum illis causam primam; non ut vel promerearis ejus benevolentiam, ut iram à te avertas, sed ut assimileris intellectui agenti in probatione veritatis (b. e. in vera cognitione cuiusque rei) deque re quavis diffe-

differas, prout ei est conveniens & sece babet, que sunt do-  
res intellectus. In hac fidei qualitate ubi fueris, perinde  
tibi esto, in quacunque lege seu religione fueris in quibus-  
unque actionibus, in quacunque oratione aut lingua fue-  
ris; vel tibi ipsi forma Religionem, quā exciteris ad Hu-  
militatem, ad DEI laudem & gloriam, & ad regendos mo-  
res tuos, domesticorum tuorum, & regionis tuae; siquidem  
ipsi tibi fidant & obedient; Dei sume doctrinam legum in-  
tellectualium prout eam Philosophi conscriperunt, propone-  
que tibi pro scopo & fine, anima tua puritatem. Summa,  
querere puritatem cordis quacunque ratione tibi commo-  
dissimum & rectissimum videtur, posteaquam consecutus es  
intelligentiam artium & disciplinarum veram, & voti tuū  
compos fies, ut adbareas vel uniaris intellectui agenti;  
quin iūd fieri potest, ut te quoque prophetare futuraque  
scire faciant, per somnia vera & visiones fidias ac certas.

§. VI. Ex horum scolorum schola velut ex equo  
Trojano prodierunt Philosophi illi Itali Pomponatius,  
Cremoninus, Antonius Rochus, ipseque Vaninus Atheis-  
mum publicè sub philosophiæ larva professi, de quibus  
capite ultimo de naturalismo Atheistico plura dicemus.

## CAPVT IIX.

DE

# NATURALISMO SOCINI- ANORVM ET NEO-AR- MINIANORVM.

### §. I.

 Hotinianos seu Socinianos hodiernis non Pe-  
lagianis tantum, sed & Mohamedanis in-  
ar-

articulo de libero arbitrio, peccato originis, gratia DEI & aliis consentire nemo facilè negabit, ipsique etiam confitentur ad salutem æternam consequendam requiri saltem observationem præceptorum legis, quo ipso stante principio, Gentilibus secundum naturæ legem viventibus salutem negare haud possunt. Idem de fide salvifica ut virtute aliqua morali præcipiunt, de quo alias Theologi pluribus. Videri hic meretur catalogus Scriptorum Anti-Socinianorum à Capello editus, in quo authores multi occurrunt, qui Socinianismum eum Mohamedanismo comparant; legi etiam meretur Disputatio Argentinæ habita de Scepticismo & Atheismo Photinianorum. Tendit certè huc nequissimus ille liber notitia pridem in Belgio editus de libertate philosophandi, cuius Author Socinianus revelatam religionem & verbi divini autoritatem tanto studio elevare nititur ut atheismi merito damnari possit.

S. II. De Naturalismo idem cum Gentilibus Philosophis sentire Photinianos mirum non est, quandoquidem Christi divinitatem atque hinc meriti ejus efficaciam negant. Vnde nec mirum Arminianos Batavos, qui sententiam veteris Ecclesiæ & fidem catholicam se amplecti olim profitebantur, Naturalismi convinci posse, postquam Photinianorum scitis se dediderant totos. Scio equidem contra Remonstrantes multa impegitse Arminio à quibus longè ipse abfuit, atque eo progressos Reformatorum nonnullos, ut Atheismi dicam Remonstrantibus seu Arminianis scriperint, quam tamen uno ore omnes abominati sunt. Id tamen negari non potest, Arminii Discipulos nimis profanè de religione revelata & Christiana locutos, ut ad Naturalismum manifestò accedere

cedere videantur. Hæc namque in institutionibus Theologicis Episcopii expressa inuenio verba p. 116. *Religio est virtus qua creatura rationalis debitum DEO cultum tanquam primo Authori & Domino suo pro rationis sue capacitate exhibet* p. 17. *Actiones interne sunt amor, timor, fides, spes & obediendi propositum &c.* Atque hec religio naturalis quando homo non tantum amat DEVM, nec tantum eum timet, in eum credit, in eo sperat &c. pag. 23. *DEVS sine ulla scripta lege ad normam solius rectificationis, absque ullis promissionibus specialis ac singularis benevolentia sua primos homines vivere permisit &c.* & pag. 18. Huc usque recta ratio progreendi potest & hisce principiis rationalis omnis Theologia nascitur ipsa etiam Evangelica. Episcopium secuti sunt Discipuli Polemburgius contra Spankerium p. 302. Non dubitandum videtur quin omni fermè evo nonnulli extiterint, qui rationis recte ductum secuti juste moderatione vixerint, adeò quidem ut Gratia DEI sufficiat, salutem adepturi sint, & pag. 304. Gentiles & rerum naturalium contemplatione DEVM & cognoscere & recte colere potuere. Impudentius adhuc & nequius Curcellæus contra Maresium pag. 28. Afferere neminem posse absque fide in Christum sectari sanctitatem, ad quam recta ratio dicit est adversus solem loqui: Idem Curcellæus peculiari opere Naturalissimum propugnavit, quod refutat Osiander ut & Amyraldi Glossas capituli primi & secundi ad Romanos. Osiander Exerc. VI. de lumine naturæ. De Barlæi carmine gratulatorio, quo Judæos salvos fieri posse pronunciat, Videatur Dissertatio Voëtii de Atheismo. Est autem hoc, quo Manasses Ben Israël Judæo gratulatur.

## CAPUT IX.

DE

INDIFFERENTISMO, PRO-  
BABILISMO, LIBERTINIS-  
MO, QVÆ CVM NATVRA-  
LISMO VT PLVRIMVM  
CONIVNCTA SVNT.

§. I.

**I**ndifferentismus vel est Theologicus vel Politicus.  
**I**ndifferentismus Theologicus hic est, quo quis re-  
 ligionem unamquamque indifferentem judicat, a-  
 deoq; ob bonum societatis publicæ probandam. Politicus  
 Indifferentismus est, quo quis omnia quæ sub actionem ca-  
 dunt, indifferentia habet, ita ut saltim ex accidenti licita &  
 illicita sint. Indifferentismum Theologicum Mōsē Amy-  
 raldus qui integrum librum de indifferentismo conscripsit  
 Gallica lingua (versus est Germanicè à Stegero & Lipsio  
 editus anno 1667.) triplicem facit (in præfatione:) I. quo  
 providentia negatur: II. Quo providentia conceditur  
 quidem, negatur autem D E V M providisse orbi & pro-  
 spexisse de peculiari aliqua revelata religione, quæ sibi  
 unicè probetur. III. Quo licere putatur cuivis religioni  
 ad stipulari, quamvis quedam revelata detur religio;  
 Non pigebit hic adscribere verba Amyraldi in præfa-  
 tione libri: *In toto orbe periculosest & pestilentior opinio  
 nulla exorta est, quam Indifferentiarum, quippe que omnis  
 finit.*

facere pietatis contemperix & inimica est Christianarum  
 virtutum omnium. Quapropter requiritur ut quidvis eam  
 Christianus omni opere viter & condemnet. Quod si enim  
 illi qui tam perniciose sententia adstipulantur, juramento se  
 obstinassent ad abolendum toto orbe DEI honorem, nullum  
 certe efficacius remedium invenire possent, si per ipsos omni-  
 uo. hoc staret, ut omnibus tam execranda sententia persua-  
 deretur. Quamvis autem Indifferentes hi numero vin-  
 cant omnes simul & Protestantes & Pontificios, quamvis  
 etiam aperte nondum se prodat bac turba, certum tamen  
 est eam quotidie augere, atque hunc plausibilem in Religione  
 indifferentium vigere jam incipere, ita ut sat bona pars  
 magnorum istorum virorum quos eruditissimos & Politico-  
 rum in aulis prestantissimos omnes colunt, atheismo huic tota  
 immersa sit. Quin imò ita se dant tempore, ut & Clerici  
 nonnulli in eorum castra transire velle videantur. Sunt  
 autem eorum qui Religionum indifferentium propugnare  
 tres precipue classes. Prima est eorum, qui DEI providen-  
 tiam & regimen ejus universale nibili estimant, neque cre-  
 dunt DEV M negotiis mundanis interesse aut providere.  
 Interim negare vix audent, ea DEV M essentia esse, que  
 sanctissima & supra omnia excellens sit, atque ea propter  
 eum cultum atque honore dignum. Altera classis est eorum,  
 qui fateruntur quidem providentiam, qua mundus regatur, id  
 tamen inficiantur, DEV M ullo modo voluntatem declarare  
 suam quomodo coli atque adorari velit. Atque hac sen-  
 tentia illa est, quam & Philosophi olim secuti. Tertia &  
 ultima classis largiuntur quidem non tantum ex mirabili  
 conservatione mundi & ex lumine Natura divinam provi-  
 dentiam colligi posse, neque negant DEV M peculiariter a-  
 liquid de essentia deque cultu sibi acceptissimo reuelasse.

id tamen prorsus fateri nolunt, bac de causa unica religio-  
nē nos adstipulatos atque eidem addictos esse debere. At-  
que hoc hominum genus antiquis incognitum nostra demum  
atate se prodidit. Huic Indifferentismo addant Theologi  
bodiē Indifferentium Syncretisticum quo licere nonnulli  
putant diversis religionibus super fundamentum literarum  
Sacrarum exstructis, ita patrocinati, ut indifferentes putent  
bosce Christianorum de Religione Controversias, neque ob-  
sistere easdem, quo minus aeternam salutem consequare,  
cum fundamentum fidei non tangat aut evertat. Vid.  
Danbaweri historiam Syncretisticam, Sigwarti Irenicon,  
Hutterum de unione & Synodo Evangelic. Boisacum in mo-  
ralibus pag. 907. Calovium systemate Theologie Tom. 1. &  
alibi, & plures Theologorum qui bodiē vivunt. Indiffe-  
rentismū politicum duplē faciunt, Scepticum seu  
Pyrrhonicum, quo omnia statuuntur, tam bona quam  
mala natura esse indifferentia: alterum Machiavellisti-  
cum (ceu modo vocant) quo Principi & illis qui Remp.  
tenant, omnia flagitia licere putant, quibus status Reipubl.  
fulcitur & servatur. De hoc indifferentismo consuli po-  
terunt CLASSENIVS lib. de Religione Politica, & Grobedenck  
de ortu & progressu Spiritus Pseudo-Politicī ut & Gentilissi  
Anti-Machiavellius. De utroque indifferentismo quate-  
nus in Ecclesiam tam Judaicam quam Christianam olim  
& nunc se insinuavit quādam historice annotat Reiserus lib.  
de ortu & progressu Atheismi.

§. II. Ad Indifferentium proximē accedit Pro-  
babilismus Jesuiticus, imo idem ferē est cum Indifferen-  
tismo, quo inter alia statuunt Jesuitæ, omnem illum, qui  
secundum conscientiam probabilem agit, excusatum es-  
se coram DEO. Vnde fit, ut bonum & malum opinione

eu-

et iusque metiantur. Hoc pacto Probabilistæ hi quosvis Idololatras, & in aliis quoque fidei capitibus errantes non possunt non excusatos habere. Vid. hic præcipue literas provinciales Montaldi à Racibello editas & prefationem Conringii, Reiserum de Atheismo p. 223. & Bellarminum lib. 4. de Pontif. Rom. cap. 5. Probabilismi reum aperte. Quod & Calviniani errorem hunc errent ob dogma de absolute decreto, ostendunt Theologi.

§ III. Pertinet hoc quoque Libertinismus qui multa cum Indifferentismo communia habet, quippe & Gnosticorum & Florianorum præceptis conflatus. De hoc Forbesius in instructionibus Historico-Theologicis lib. I. cap. 37. § II. Extitit superiori seculo fanaticæ illæ & furiose sectæ libertinorum, qui veterem Valentianorum & Priscillianarum insaniam renovarunt, sublato boni & mali discrimine, sine ullo scrupulo sceleratissimè viventes suo arbitratu: & afferentes esse Dei opera, adeoque non mala, quecumque apud homines putantur esse peccata & in eo Christianam libertatem constituentes, quod ipsis omnia sine exceptione licita essent. Contra eos & blasphemans eorum amentiam extat Job. Calvini luculenta instructio, quam in Calvini opusculis lector invenerit. Idem Forbesius in instructionibus Historico-Ecclesiasticis lib. 12. c. 9. §. 6. Eandem nefariam heresim & insanissimam blasphemiam, nuper instigante Diabolo, seculo superiore, renovarant ex anabaptistis hereticis sceleratissimi illi, qui se spirituales vocabant, & vulgo Libertini dicebantur: qui Diabolo fascinante omne mali & boni discrimen tollerabant, & adimentes homini proprium spiritum seu animam creatam, omnium quantumque atrocium flagitorum DEPM Aut borem & patrarem mentiebantur: & hominem regeneratum ab omni peccato ita immunem esse fingerabant,

bant, ut jam delinquere aut labi non possit: nibil omnino Christiano homini vetitum esse, ideoque neminem torqueri debere, si qua in re scrupulus aliquis se ingerat, sed quemque arbitriu debere vivere, & quicquid libuerit agendum esse intrepidè; hoc enim esse, sinere se à DEO regi. Has multasque alias eorum execrabilis blasphemias prolixè refert ac luculenter confutat Jobannes Calvinus peculiari libro, cuius titulus est, *Adversus fanaticam & furiosam sectam Libertinorum, qui se spirituales vocant, instructio.* De iisdem Stanislaus Rescius in sectarum centuriis: *Fanaticum, ait, hominum genus, in quo jure credas revixisse Gnosticos & Valentinitos, quibus nibil aque displicet ac simplex proprius & germanus Scriptura sensus. Illis Christus est Satoras, verbum, virtus, & virtus vitium. Nibil enim eorum sententia (est falsius) nisi eorum opinio, qui sepe peccare putant. Verus DEI timor, & eo imbuta conscientia pro inferno illis habetur, pro paradyso autem conscientia Domini judiciorum contemplatrix, secura, stupida & sopita. Docent homini omnia esse licita sine ulla exceptione, omneque genus vivendi probant. Leonem suo volunt fungi munere, furari fures audacter jubent, matrimonio dissolvi volunt, cum uxor marisi sui radium caperit, unde promiscuos laudant concubitus, idque vocante spirituale matrimonium, communionem sanctorum vocant concionem bonorum Gratiarum, ideoque quantum quisque potest, ut rapiat, suadet. Resurrectionem jam factam esse dicunt, neque aliud expectandum judicium. Jam Christianos omnes resurrexisse affirmant, quando anima humana sciant jam factam esse illum DEI Spiritum immortalem, immò in DEI essentiam rediisse, unde inquit, exiit, eis, ita jungi, ut unicus Spiritus maneat. Hæc Rescius. Videatur & Honorius Reggius (scu Georgius Hornius de Statu*

Statu Eccles. Britannic. & Spizelius in Strutinio Athemis  
pag. 54. quique contra David. Georgitas scripsere.

## CAPUT X.

DE

# FRANCISCO PUCCIO, THO- MA CAMPANELLA, EDVAR- DO BARONE HERBERTO, THOMA HOBESIO FAMOSISSIMIS NA- TURALISTIS ET EORVM SCRIPTIS HISTORIA RELATIO.

§. I.

 Ranciscus Puccius Filidinus Florentinus Calvinianus primum, mox Photinianus; & ex Photiniano Naturalista pessimus: Librum edidit, quo probare voluit omnes omnino Gentiles & Christi notitia carentes modo secundum naturae legem vivant, salvari, idque efficacia Christi Salvatoris. Titulus libro est: DE CHRISTI EFFICACIA, continetque CXX. argumenta pro nefaria hac sententia. Refutavit scriptum hocce Lueas Osiander peculiari libro, inseruitque refutationis argumenta centuria XVI. historiae Ecclesiasticae lib. 4. cap. 46. Captus tandem hic Author & Romanus abductus ibidem concrematus fuit; multa memoranda digna de vita ipius habentur in epistolis Socini. Vide si etiam potest Micraelius in Ethnophronio lib. 3. p. 37.

§. II. Thomas Campanella Monachus multijugis  
scien-

Scientia admodum clarus ( nonnullis de magia admodum suspectus ) ediderat prius librum titulo Atheismi Triumphantis quem Reiserus de ortu & progressu atheismi se vidisse scribit ; postmodum autem Atheismum Triumphantum, qui nunc in multorum manibus versatur. Argumentum præ se fert hic liber Disputationis contra atheos, revera autem pro atheis hodiernis militat. Voetius Disp. de Atheismo primus, quod ego quidem sciam, Atheismi Campanellam accusavit, nullo autem argumento convicit. Ego dum intentus librum evolvi, inuenio Naturalismum seu Atheismum Ecclesiastico significatu ita dictum, ab autore hoc quantumvis tecce tradi cap. 9. pag 98. Naturalis, inquit, est homini inclinatio in justitia & in Religione vivere ut omnis schola & natio proficitur. Dissident circa super naturales & positivas leges & ritus in Religione. Quod autem suareligio positiva verasit, hec aut illa habent hominem per fidem quam qualibet natio suo Latori ac Preceptoris prestat. pag. 100. §. 3. Religionem plant naturalem & homini cum bruis communem facit , pag. 109. §. 4. Mundus inquit, habet unam naturalem legem &c. Leges positive sunt specificaciones prime legis naturalis, **EARVM ERGO VARIETAS NON CONSTITUIT NOS IRRATIONALES, NEQUE ALIENAT A CHRISTO IN QUACUNQUE NATIONE**, pag. 122. Christum ante incarnationem salvasse omnes homines lumini natura non rebelles, fassuit, & pag. 144. idem pluribus docet p. 151. Gentes etiam absq; Christo viventes Christianas esse, pluribus ostendit, pag. 101. Gentiles Eremitas & Sacerdotes Christianis equat pag 131. Legem Mosaicam carpit pag 151. Multa desiderat in revelata doctrina, pag. 158. Idololatriam excusat p 217. unam sicutum religionem, naturalem scil. esse proficitur atq; ita perorat.

§. III.

§. III. Post Campanellam edidit Eduardus Baro Herbert de Cherbury in Anglia librum, cui titulus est de Veritate prout distinguitur à revelatione, à verosimili, à Possibili & à falso. Qui liber tertia vice recusus & editus fuit, & alium quendam de religione Gentili qui & in Anglia & Belgio lucem vidit. Ex prioris libri titulo argumentum patet, habet scil. Autor *id tantum verum, certum, quodque verum & infallibilem (quatenus universalis est) religionem constitutat, quod consonum est notitiis naturalibus; quod autem revelatum est, id particulare & incertum; quod verosimile est, id dicit proditum ab hoc vel illo authore sive sacro sive profano; quod specialiter promissum per hunc aut illum Prophetam id possibile censet: Atque hæc omnia & revelatum & scriptum & promissum à veritate distinguit.* Universalis autem religionis suæ & naturalis pauca quædam capita esse dicit, quæque ex notitiis naturalibus innotescant cuivis; DEVVM esse, DEVVM esse colendum, DEVVM esse unum, virtutes esse excolendas; pœnitendum esse ob vitia, dari præmia post hanc vitam. Hanc fidem vocat & ex hac Ecclesiam veram, catholicam censet, qui que in hæc consentiant, hos æternum salvos pronunciat. Altero libro de religione gentilium id agit idem Author, ut Gentiles excuset, Patres autem Christianos postulet, ut iniquos & injurios in Philosophos Gentilium.

§. IV. Idem hoc Naturalismi portentum perniciiosis aliquot scriptis invehere in Angliam, imò totum literatum orbem studuit Thomas Hobbesius. Scripsit hic librum de Cive, qui in plurimum manibus versatur, multoties recusus, edidit etiam librum multarum paginarum titulo Leviathan seu de MATERIA, FORMA ET POTENTIA ECCLESIASTICI ET POLITICI REGIMINIS. Hic

ex Anglico sermone Belgica lingua redditus, atque una-  
cum reliquis Hobbesii operibus tertia editione latinè pro-  
diit ex officina Blaviorum. Nefaria hujus hominis dog-  
mata plura sunt, quam ut brevi sermone recenseri possint;  
quippè doctrinam de fide, lege & Evangelio & omnis ferè  
religionis revelatae articulos Leviatane suo convellit; vi-  
deri potest Sethus Wardus dissertatione epistolica de Phi-  
losophia & Theologia Hobbesii. Id saltem monemus In-  
differentissimum Politicum in libris de Cive non uno loco  
propugnatum ab hoc Authore esse. Est namque princi-  
pium ( quod & asserit cap. 12. artic. 1.) *omnem actionem natura-  
ra sua esse adiaphoram & quod actio aliqua justa & injusta  
sit à jure imperantis provenire.* Conf. cap. 1. §. 10. cap. 3. an.  
27. cap. 7. §. 3. cap. 8. §. 7. cap. 9. §. 7. cap. 10. §. 1. 2. cap. 12. cap.  
14. §. 9. Thrasonem hunc cum omnes Matthesin profes-  
sos, iniquissime traduxisset, puerilium errorum reum, &  
ferè in Mathematicis αὐτὸν ἀβούτον ostendit Wallius de-  
quo in Ephemeridibus Gallicis.

§. V. Possemus hīc de Cartesio quoque addere,  
nonnulla. Cum autem eruditi nonnulli viri ejus & Theo-  
logiam & Philosophiam publicis scriptis in judicium mo-  
do vocent, idcirco hīc de eo dicere supersedebimus.

## CAPVT XI.

DE

## NATVRALISMO ATHE- ISTICO.

§. I.

 Uim Athei nonnulli fuerint, qui D E V M negantes  
naturam Summum Numen statuere ( non distin-  
guentes

guentes inter Naturam naturantem & naturatam) Atheismus quoque dici potest. Ut de Stoicis nihil hic dicimus, qui Atheismi hujus ab aliquibus accusantur, deque Epicuro atomorum aeternos motus introducente. Stratonem Physicum & Peripateticum celebrem ita de natura docuisse extra controversiam est. Videri potest Cic. lib. i. de natura Deorum. *Lactantius de ira D & I cap. 10. Augustinus lib. de civ. DEI cap. 10. Et præsertim Lipsius lib. i. physiol. Stoica diff. 8. Et 5.* In eandem sententiam Manilius:

*Aut neque terram patrem novit, nec flamma nec aër  
Aut humor, fasciuntque D E V M per quatuor artus,  
Et mandi fraxera globum prohibetque requiri  
Ultra se quicquam.*

Huc pertinent responsa Dæmonis ex ore Serapidis apud Macrobius Saturnalium i. cap. 20. *Cælum dico, cœlifer orbis caput est, venter est mare, terra sunt pedes, aures in aethere posita sunt, oculi in star sunt splendidum solis lumen.* Huc etiam referendi versus qui Petronio adscribuntur; quamquam hi ad fanos etiam sensus flecti possint.

*Primos in orbe D E O S fecit timor, ardua calo  
Fulmina cum caderent Et c.*

*Proiecit vixium hoc atque error iussi inanis  
Agricolas Cereri primos dare Mesfas honorem.*

Talis revera atheus fuit Julius Cæsar Vanimus ab aliis Lucilius dictus, de quo legi meretur Gramondus libro 3. historiarum Galliæ ad annum 1618. p. m. 209. Author Dialogorum & Amphitheatri aeternæ providentiaæ, de quo Scriptores de Atheismo plura commemorant.

§. II. Ad Atheos hosce omnino illi referendi, qui mundi statuunt aeternitatem. Videri potest epistola Bignonii præfixa Vrsini libro contra Præadamitas, quiique providentiam divinam specialem negant, & qui animæ mortalitatem propugnant; aut ea D E O attributa aut ad-

Scribunt autem defegant, quibus tollitur divina natura atque  
Essentia.

§. III. In eadem classe Atheorum, sed indirecte talium atque Ecclesiastico significatu sic dictorum, censentur meritò, qui Scripturam S. criminantur, quiue mysteria ibidem revelata posthabent profanæ literaturæ, de quibus egregia multa observat Dietericus in antiquitatibus Biblicis.

§. IV. Multa de his dicenda forent, siquidem hanc de Atheismo materiam excutere propositum hic nobis esset. Cum autem viri aliquot eruditi hunc campum jam decurrerint, sufficerit hic nomina eorum indicasse. Scriptus autem de Atheis Zwingerus in theatro ubi de justitia & religione agit: Raynaldus in *egregio scripto de libris bonis & malis*, initio de libris atheistis quædam annotat: Voëtius tom. I. Disputationum selectarum studiose in eadem materia occupatus fuit exercit. De Atheismo; hic & Anglicos Scriptores de eadem materia commentatos suis nominibus laudat. Exiit præter istos non ita pridem scriptum Anplicum Irresonabilesse of Atheisme & Mericus Casaubonus Isaaci filius edidit librum DE INCREDVLI-TATE MORALI PHYSICA ET THEOLOGICA, quo Atheos omnis generis impugnat. Post Voëtium historicè egit de eadem materia Spizelius in Scrutinio Atheismi & epistola ad Meibomium de eradicando Atheismo. Promittit hic & tertium aliquem librum de eodem argumento. Post Hunc Reiserus de ortu & progressu Atheismi epistolam publici juris fecit, qua ad Spizelium data multa ejus illustrat. Capellus Salmuriensis Doctor Gallica lingua edidit libellum, quem vocat Atheismum convictum. Allegari quoq; hic meretur Joh. Ludovici Fabricii Apologia pro Genere humano.

Cum

Cum supra Puceii facta fuerit mentio, pauca Socini verbis descripta, quæ ad ejus historiam faciunt, hic adjungemus.

FAVSTVS SOCINVS AD D. MAT-  
THAEVM RADECVM,  
Gedanensem Secretarium epist. pag. 379.

**S**ed & Puccii historiam qui brevissimè potero narrare incipiam ( eam enim tibi gratissimam fore ex tuis literis conjicio ) scias, cum ante plures annos, cum Lugduni, quamvis ex nobili admodum familia qua etiam tres Cardinales babuit, natus, ut patria ipsius adeoque totius nostra Erutria mos fert, mercaturam exerceret, ex orientibus illio de religione in Gallia dissidiis, qua nec dum sopita sunt, statuit, mercatura relata, se torum studio S. literarum tradere, ut quid sentiendum in nostra religione esset, dilucide cognoscere posset. Repetitis igitur latinis literis, quibus adolescens operam dederat, capit satis diligenter sacra volumina evolvere, & de rebus Sacris disputare. Quod ut commodius facere posset in Angliam se contulit, ibique in Oxoniensi Gymnasio aliquandiu exercuit. Ac mox dogmata nonnulla proferre cepit ab aliorum sententia planè abborrentia, precipue vero de fide in D E V M , qua & qualis sit, multasque & Oxonii, ut arbitror, & Londini privatas Disputationes cum Calvinianis babuit; & aliquando etiam publicè cum illis disputatione, sed ea ratione, ut quavis potiore fortasse ex parte, justam causam contra illos defenderet, tamen veritatem divinam derisus potius exposuerit, quam quidquam profece-

rit, ipse arrogantis potius ac pervicacis, quam pii & docti  
 nomen apud plerosque omnes retulerit. Interim ego Basileam, Italiae & patria mea sponte valedicto, adveneram, ubi  
 summus & vetustissimus meus amicus erat Franciscus Baltius  
 Romanus, vir pius & in religionis nostra controversiis baud  
 mediocriter versatus, cum quod per literas Puccius amicitiam  
 instituerat, & ad quem de suis dogmatibus identidem nonnulla  
 scribebat. Hic ad eum scribens, prater ea que sibi breviter  
 respondenda ad rationes & testimonia, quibus sua dogmata  
 confirmare nitebatur, visum fuit, addidit aliquem Basilea  
 amicum suum esse, quem etiam nominabat, me videlicet cum  
 quo si aliquando Puccius congregandi posset, speraret ipse futu-  
 rum, ut veritatem melius cognosceret. Sic enim ille de me  
 (qui ejus est in me amor) & sentiebat, & adhuc sentit. Quid  
 plura? ea fuerunt Balti verba, ut hominem, quemadmodum  
 ipse proficiebatur ex Anglia Basileam venire compulerint, ut  
 nobiscum potissimum esse; ac precipue ut mecum de religionis  
 naturae decretis conferret. Itaque paucissimis post ejus ad-  
 ventum diebus conferre capimus, initio facto ab ipsis primis  
 omnis religionis fundamentis; in quibus praeter hec solum,  
 quod unus DEVS esset aeternus, qui celum terramque, &  
 omnia, que in eis sunt, creasset, quique omnium perpetuam  
 curam & providentiam haberet, in nullo alio prius conve-  
 niro perutinamur. Prefertim vero in eo, quod ipse vulgarem  
 quoddam opinionem fecerit, omnino negebat, primum ho-  
 minem a DBO creatum fuisse natura immortalis, ego vero  
 concreta, mortaliter natura creatum fuisse, planè contende-  
 rem. Quia in quaestione basimus, nec ulterioris justa disputa-  
 tione progressi fumus. Quintetiam ipse panto post scriptum  
 mihi obdidit, in quo breviter decem argumentis suam de im-  
 mortalitate naturali primi hominis ante peccatum, adeoque

omnium rerum à D E O creatarum probare conabatur. Cui scripto statim respondi satis copiose. Cumque is responsioni mea minimè acquiescens, eam altero scripto paucis post diebus refellere conatus esset, ego contra ipsum refutationem iustum librum scripsi, in quo non pauca, eaque ex parte gravissima, theologica questiones tractantur. Hunc librum mea ipsius manu scriptum tradidi illi Basilea discedens, in Transilvaniam, quo à Georgio Blanaera vocabar, profecturus. Ad quem librum ipse nullum mibi responsum dedit, sed tamen in libri margine complures passim tanquam notas sive animadversiones scripsit, quas responsionis loco esse vult; easque una, arbitror, cum ipso libro dedit in Belgio vel in Hollandia Cornelio Daëms, de quo tibi alias in meis literis mentionem feci. Nec dum illas mibi videre contigit, spero tamen Cornelium, quemadmodum illum rogavi, eas prope diem ad me missurum, quos, D E O volente, refutabo, ac post modum, si ulla ratione potero, universam Disputationem nostram edendam curabo. Sed ad ipsum Puccium redeo, qui paulò post meum discessum, Basilea abire quodammodo coetus fuit, propter ea quod thesin quandam publicè disputandam proposuerat, & excudendam curaverat, in qua afferebat, universum humanum genus in ipso matris utero efficienter particeps esse beneficij Christi, & vita immortalis a beatæ, quam amittere nemo posset, nisi in adultiore etate, diffidentia superveniente, & ab ipso D E O defectione. Abiens igitur in Angliam iterum se contulit, & inde, ubi propter ejusmodi sua paradoxa quedam est passus, & incarcerem etiam conjectus, in Belgium, & in Hollandiam. Quibus in locis quandam peregrinantium Christianorum ceterum esse, ipse (ut mibi quidem videtur) sentiebat, qui concilium etiam quoddam haberet per sesiones multas.

Nam

Nam scripturas ad me de forma collationis & disputationis  
 sub eis judicibus, qui silentium imperare possint ei, qui  
 fallitur (convenerat enim inter nos, ut ejusmodi judicium  
 alterque nostrum subiret) bac verba scripto praefixit. Ex  
 sessione XXXV concilii peregrinantium Christianorum.  
 Jam vero cum ea forma satis mibi arrideret. Et ipse me  
 in Hollandiam invitaret, ubi aiebat nos facile tales iudices  
 inventuros, ac propterea ego illuc ad ipsum me conferre  
 decrevissem, (cujus rei testis esse etiam parest Justus de Pres,  
 qui me Gedanum usque secundum urbem pollicitus fuerat) ecce  
 ab ipso Puccio literas accipio, quibus ostendebat se mutasse  
 sententiam, & ex Hollandia Antwerpianam venisse, ubi etiam  
 fatebatur se meas accepisse, in quibus conditionem ipsum  
 conveniendi accipiebam, & forme Disputationis, quam ad  
 me miserat, assentiebar. Verum tamen causatus me condic-  
 tiones quandam, si illuc mibi cundum esset, proponere inju-  
 stias, dixit facilius fore ut ipse ad me veniret; quod se omni-  
 no facturum alius ad me ex eodem loco datis literis postea  
 confirmavit. Qued tandem & fecit; seque jam secundo  
 mille passuum millium mei conveniens gratia iter suscepisse  
 professus est. Post ejus adventum convenit inter nos, ut  
 precipue nostra controversia Cracoviae fratribus nostri ceteris  
 proponerentur, qui secundum disputationis formam, de qua  
 pridem conveneramus, iudices nostri essent, catenus videlicet  
 ut alterutri ex nobis silentium imponere possent. Verum  
 quia nostri homines jurare noluerunt, sese omne prejudicium  
 deposituros, omnesque, exceptis iis, de quibus omnes  
 Christiani conscientiunt, preoccupatas opiniones suspendentes,  
 quemadmodum ea forma ferebat, sed tantum sancte affirmare,  
 se bac pro viribus conatuos & fatturos, non videbatur  
 Puccius velle prorsus eorum iudicio stare. Nihilominus tamen

conscriptis quibusdam tibesibus de fide in D E V M , quem omnibus hominibus naturalem esse valebat , eas contra me coram predictis fratribus defendere se velle ait ; sed ita ut naturalibus rationibus potius , quam scripto DEI verbo a gendum esset . Quam conditionem non fratres modo , sed ipse quoque , utpote iniquissimam respuebam , quanquam me quacunque tandem ratione ille voluisse , cum ipso disputatum pollicebar . Iniquitatem autem sua conditionis preterea vel negabas , vel excusabas , quod sine fide ista naturali S. litera intelligi nequaquam possent . Tandem assensus est , ut ex verbo DEI scripto de suis tibesibus iudicaretur . Convenimus igitur semel atque iterum coram fratribus ; et quamvis de una tantum atq; altera tibesi disputaverimus , tamen de precipua ipsarum omnium sententia egimus . Fratres , auditis utriusque nostrum rationibus et argumentis , ac mutuis responsionibus , satis declararunt , se contra Pucium sententiam ferre , cumque amicè ac fraterne monuerunt ; ut ab ipsis paradoxis abstinere vellent . Quod ubi ipse sensit ; cepit denuò afferere , illos esse judices incompetentes , eo quod iuramentum secundum formam predictam prestare noluissent ; nec interim animadverris , apud nostros homines sanctam affirmationem vim argumenti habere , eisque religionem esse jurare , presertim in rebus ejusmodi , nulla evidente necessitate cogente . Et idcirco non posse verba eius forma collationis , de qua inter me et ipsum convenierat , in ejusmodi hominibus locum habere ad unguem et ut ipsa sonant ; Mibi etiam privarim quiddam objectit , tanquam videlicet certa quadam ex iis conditionibus carenti , quas predicta forma in ipsis disputantibus requirebat . Sed immenito proferens , non minus quam intempestivè . Itaque res quedammodo infecta discessum est .

Paolo post rogavit me Puccius, num iudicio cuiusdam  
 doctri*ns* magni viri, quem mihi nominauit, in ea controversia,  
 de qua coram fratribus actum fuerat, atq[ue] adeo in aliis que in-  
 ter nos erant, stare vellem. Annoi, Convenimus coram viro il-  
 lo; qui, licet se iudicem inter nos tantis de rebus esse velle ne-  
 garet, tamen Puccio auditio, antequam ego responderem, ipse  
 se illi summa cum modestia opposiebat. Ac demum dixit: iam vi-  
 des mihi Puccio, si iudex vester futurus fuisset, me sententiam  
 adversus te prolaturum. Aderant cum hac dicerebat, bosches  
 meus, & Erasmus Johannis qui eo ipso die Cracoviam adven-  
 rae, aut certe die proxime antecedente, qui de veritate testari  
 semper poterunt. Cumq[ue] ego postea Puccio dicerem, satis ipsi  
 esse debere, ut sciret a magno illo viro sententiam contra se la-  
 tam fuisse, quod ea verba dixisset, mirabiliter sergi versari ce-  
 pit; ac tandem dixit, illum privatim aliter secum fuisse locu-  
 tum, & ipsius sententia se adorare non obscurè affirmasse.  
 Quod cum ex ipsius viri amplissimo testimonio falso esse  
 constaret, aliam viam ingressus, negavit, virum illum aptum  
 iudicem, quia scilicet aulicus homo magis, quam Christianus esset.  
 At qui respondebam ego, si hoc tamen verum est, jam eu id nove-  
 raa, antequam ipse tua sponte cum iudicem inter nos nomina-  
 res. Hic obmutuit. Interim tamen cum eodem tempore Synco-  
 dus nostrorum fratrum Cbmienisticæ haberetur, misit eo suas  
 theses una cum satis longa prefatione ad ipsos fratres, qui, li-  
 cet me, qui aderam, prorsus tacente, cum satis ex aliis fratribus,  
 qualis homo Puccius esset, cognovissent, scripta illius ne le-  
 gere quidem voluerunt, quamvis Simon noster, quis ea attule-  
 rat, ut legerentur, rogaret. Scripsit at ad me, miseratque ante  
 Puccius librum illum, quem Italico sermone ab eo conscriptum  
 fuisse, narravit tibi Philippus Buccella, cui cicutum fecit de bi-  
 bliis occlusis, deg[re]sus Elia, qui ea nuperatus esset. Vbi omni conatu

nicitur ex divinis vaticinationibus ostendere, hoc tempore s. litteras intelligi non posse, neq; eas controversis de religione nostra decidenda sufficere. Sed divinos illos duos homines expectandos esse, de quibus scriptum est Apoc. c. 11. Ac tandem ut ab eodem Bucell. audivisti, us à Scriptoribus de rebus sacris abstineam omnino suadet. Quia in re plane ridiculum se prodit, qui interim ipse eam sanctorum literarum partem explanare audeat, qua omnium difficillima & obscurissima est, cum jusque cognitione vera tantisper, dum, quod ibi scriptum est, fiat, nullo cum periculo carere possumus. Conatus est ipse quidem in ejusdem libelli ad me prefatione ostendere, se sibi ipse bac in re minimè adversari, sed ut frigide ac jejune, sic plane frustra. Vult autem ut idem B. tibi dixit, tempus venturi Eliae, quem vel illos duos, quos ante dixi, vel alterum ex ipsis fore ait, admodum propè esse, propterea quod dies illi 1260, quibus bestia regnatura erat, id est totidem anni, mox finem babere debeant, initio videlicet eorum sumpto à concilio Niceno, unde ipse bestia regnum ausplicatur. Jam vero dum Puccius in hac venturi Eliae expectatione totus est, dumq; scipsum participem hujus divina legationis fore sperat, quidem ejus ipse libellus non obscure indicat, in duos Anglos, quae Palatinum Laskium hic ex Anglia revertentem fuerant vel comitatu vel insecuri. Quorum alter est medicus; alter vero magnus aliquamdiu fuit, ambo autem Papistica Religionis, qui orbis Christiani reformationi, quam propediem DEV'S facturus sit, se destinatos esse ajunt: jactantque Angelorum DEI apparitiones (quae docent) & collocationes. Quanquam alter tantum, id est, is, qui magnum aliquando exercuit, & malorum demonum familiaritate est usus hec videt & audit, ut ipse affirmat, & cum socio omnia communicat, qui cuncta diligenter notat & scripsit. Iffis hominibus binc Pragam proficisciens comitem se adduxit

junxit Puccius. Neque ab his consilio ullius amici monitores, quantumvis frequentes, acres ac vehementes, quales sanè potissimum mea fuerant, cum quidquam deterrere valuerunt. Statim autem ferè ut Pragam pervenit, factus est Papista, & ministros Pontificios adiens, sive ab Ecclesia Romana olim defectionis veniam, convenienter satisfactione abbibita, impetravit. Ac mox hic ad amicos & prefertim ad me, ad quem bac de re bene longas literas dedit, de suo, ut ipse loquitur, ad Catholicę sanctaque DEI Ecclesię gremium redditu diligenter scripsit, assérens, se verbis unius ex illis DEI Angelis, qui sociis illis suis responsa dare solent, ad se nominatim loquentis, monitum atque impulsū id fecisse, diuturnumque errorem suum tandem agnoscisse. Vtque idem ipsi amici facere velint, prorsus suaderet, non paucis rationibus allatū, quibus Romanam sedem ab omni impugnatione & criminatione defendat, atque ab illa Ecclesia nulla ratione secedendum probet, sed ejus institutis ac ritibus omnino parendum & acquiescendum. Hac est Francisci Puccii, ejusque vita atque actionem, quod ad religionem attinet, brevis, quam tibi pollicissem, bistoria. Cujus exitus unumquemque nostrum monere deberet, ut verbo DEI scripto acquiescentes, idque quantum nobis ad salutem necesse est, apertum satis & clarum esse agnoscentes, non quidem ipse faciebas, nullam bodie Christi Ecclesiam esse existinemus, sed pro Christi Ecclesias eos omnes catus habentes, in quibus doctrina ex sacris literis petit salutem viget, illis, quantum in nobis est adbareamus, illis inquam pricipue, in quibus eiusmodi doctrina purior fuerit; quemadmodum ipse Puccius, se ipsum interim, qui nulli adbarerat, planè accusans, fieri debere fassus est, vel potius aperte contendit, in quibusdam suis thesibus, quas complures Italica lingua contra Ecclesiam Romanam conscripsit anno super-

superiore, sequit eao adversus omnes. Jesuitas Cracoviae defendere paratum esse dixit.

Hinc igitur initium sumam ad primas tuas literas respondendi; que in eis contra externum Ecclesia ministerium disputas. Nam certe in illis nullam neque posse bodie externam Ecclesiam una cum Puccio te sentire ostendis; Quares tandem illi causa fuit ad papatum revertendi. Vocabatur ipse iisdem fermè rationibus quibus tu uteris; Et possimum hoc unum urgebat, post collapsum externa Ecclesia statum, necesse esse ad eundem erigendum, ut aliquis, vel aliquis divinitus excitentur; ita ut ex signis, i. e. prodigiis seu miraculis manifestis id appareat, ac ecclesie confirmetur, quemadmodum antea factum est, cum primum iusta eius erector fuit. Ego vero mibi video alia meis ad literis banc rationem satis convellisse. Explicabo tamen hoc loco aliquantum apertius, quid mibi velim. Dico igitur longè diversam esse rationem ejus temporis, cum primum Ecclesia externa erecta fuit, Et cum posset corrupta est, Et hoc pacto ejus statas verus ac legitimas labefactatus atque collapsus. Antequam enim erigeretur externa Christi Ecclesia, necesse fuit ejus doctrina, unde Ecclesia constat, hominibus, qui ipsa Ecclesia futuri erant, fidem facere, atque nova, atque inaudita, queq; ab iis religionibus, que tunc in mundo erant, non solum plurimum aberat, sed magna ex parte eis, ex Diabolo, ut dicunt, adversabatur, etaque penitus convellebat. Nec tantum propter eos, qui tunc erant, sed propter alios omnes, qui usque ad hujus seculi finem futuri erant, omnino oportebat eam doctrinam tot ac tantis divinis testimonis confirmari, ut nemo deinceps de ea merito dubitare posset. Et sane, si Apostoli Et Ipse Christus, qui tamen universam doctrinam non per se-

ipsum protulit, sed per Apostolos non contemnenda ex parte eam publicavit, ad suam predicationem sine ulla miraculis accessisset, sequitur divinitus missum fuisse variis rationibus non aperte confirmasset, oleum, ut est in proverbio, & operam facile perdidisset, nec nisi fortasse paucissimos aliquot ad disciplinam suam amplectendam perstraxisset. Neque enim ejus disciplina certis quibusdam in principiis cum aliis conveniebat, ex quibus manifeste ipsa comprobare. Immò, cum ejus doctrina concederet, principia ejus discipline, sub qua ipse Christus natus erat, & que tamen per ipsam ex parte aboleri debebat, & tota aliqua ratione immutari, esse ab ipso DEO profecta, id est, Sacras V. Testam. literas, sive qua illis comprehensa erant, divinitus tradita fuisse, necessarium planè erat ipsam Christi doctrinam admirabili prater modum ratione aliquà confirmari, ejusque auctorema similiter D. E. K. M. esse, evidenter documentis demonstrari, praesertim, cum, quidquid ex principiis illis ad eam comprobandam peti poterat, mysterio quibusdam esset involatum, ac celesti quadam explicacione indigeret. At vero post collapsum externa Ecclesia statum, id est veram Jesu Christi & Apostolorum ejus doctrinam in publicis catibus abolitam, non principia modo ipsius doctrine, sed, ut magna pars sentit eorum, in quibus eam instaurare multi curvant, ipsa etiam universa doctrina literis consignata permanet, quibus omnes ut divinitus traditis assentientur; queque adeo sunt aperta, ut facile unusquisque eam, quandum necesse est inde petere queat.



## INDEX CAPITVM.

CAP. I. Prolegomena de Voce Na-  
turalismi.

CAP. II. De Naturalismo Antedilu-  
viano & primis Gentiliſmi i-  
nitiis.

CAP III. De Instauratione Gentiliſ-  
mi & Naturalismi post dilu-  
vium.

CAP. IV. De Apostasia Iudæorum  
ad Gentilismum deque Natu-  
ralismo eorundem.

CAP. V. De Gentilismo & Naturalis-  
mo inter Christiani nominis  
Profesores. Deque Natura-  
lismo Pelagianorum.

CAP.

**CAP. VI. De Naturalismo eorum, qui extra ecclesiam salvari quosdam posse putant.**

**CAP. VII. De Naturalismo Arabum & Mohametanorum.**

**CAP. VIII. De Naturalismo Socinianorum & Neo-Arminianorum.**

**CAP. IX. De Naturalismo Indifferentistarum, Probabilistarum & Libertinorum.**

**CAP. X. De Fr. Puccio, Th. Campanella, Ed. Bar. Herberto, Th. Hobbesio Naturalismi defensoribus & eorum scriptis.**

**CAP. XI. De Naturalismo Atheistico.**

¶ (o) ¶

*Sum-*



## *Summa Naturalismi.*

### §. I.

**N**aturalismus est in Gentilismo, non quidem crassiori sed philosophico illo : estque præstantissima Theologiaꝝ species, qua scil. Philosophi vtuntur, recentiori nomenclatione dicta Naturalismus.

### §. II.

Fundamentum istius denominationis Scriptura præbet, omnes homines Spiritu S. non illuminatos : ψυχικοὶ i. e. animales seu *naturales* vocans i. Cor. II, 14. Conf. I. Cor. I, 18. seqq. II, 6. seqq. Sunt vero *Naturalisti*, qui vel articulum de Trinitate vel illum de libero arbitrio & gratia obscurant aut potius tollunt, rati, absque gratia Jesu Christi se, modo naturæ ducunt sequantur, vitam eternam consecuturos ; qui homines non modo *Naturalistæ* sed & *Albei a Patribus* præcipue vocantur.

### §. III.

Cognomenta *Naturalistarum* sunt varia. Dicuntur *Sceptici*, *Politici*, *Prudentes*, *Indifferentistæ*, *Epicurei*, *Loquentes* seu *Sophistæ*, *Deistæ* & *Libertini*; de quibus infra sigillatim dicendi locus erit,

### §. IV.

Amissa post lapsum naturæ perfectione, qua Creatorem suum Adamus cognitum recte omnino colebat,

a

via

via salutis non nisi ex reuelatione promissionis gratuita nunc cognosci & expectari debet: quam qui deseruit, *primus Naturalista* idemque a reuelata religione apostata, *Cainus* fuit; quod & sacræ litteræ & alii scriptores Ebraici testantur.

§. V.

A Cainitis Naturalistis segregates ad tempus vixere fideles seu filii Dei, postea vero ex sanctorum cum profanis hominibus commixtione orti sunt חֶבְרוֹן heroes, celebres ita in Scriptura apostata Gen. VI, 4. qui magis philosophiam naturalem & artes mechanicas quam promissiones diuinæ Christianasque virtutes excolliguntur.

§. VI.

Ex iis procul dubio orti sunt Sabii, quos tanquam primos philosophos gentiles & Naturalistas scriptores Ebræi commemorant. Si colendis Zebaoth seu exercitu celorum & intelligentiis astrorum, quas tanquam motrices & causas influxuum in hæc inferiora venerabantur, potissimum vacabant, suntque veri omnis idolatriæ & secretioris magia inuentores, ab ipso autem Deo vniuersali catastrophico extirpati.

§. VII.

Sabiismus, qui est Naturalismus, post diluvium resedit in Chamæ familia, patriamque velut habuit Babyloniæ itemque Phœniciam & Aegyptum. Scriptura enim spookasæ initium collocat in destructione turris Babylonica, unde urbs ista mater impietatis dicitur. Huc pertinent etiam ausus Nitrodi Chamigenæ, & ex profanis monumentis historia Zoroastri.

§. VIII.

A Chamo igitur deriuatur *Ægyptus* cultus in Aegypto, ubi prima Naturalistarum & profanorum phar-

Ioſopheram ſchola fundata eſt in *Diospoli* i.e. Jouis ve-  
be, vt Græci, ſeu in *No Ammon*, vt prophetæ ſanctissimi  
appellant, ex qua deinceps Brachmanes & Gymnosophiſta  
Indi prodierunt. Quin etiam Kabbiri ſeu Sabii iſti in  
Europam ad *Celæus Japheti* posteros delati, peſtiferò eos  
Naturaliſmi & Gentiliſmi veneno afflauerunt. Magi-  
am enim una cum idololatria vbiue inuexerunt: quip-  
pe apud Aegyptios, Chaldzos & Indos ſpirantia ſimu-  
la, nec non apud Hetruscos & Druides tales vatici-  
nandi artes floruiſſe traditum eſt.

## §. IX.

Gracia vero, quoſ philosophos, tot Naturaliſtas ha-  
buit. Jonica enim Thaletis & Italiaca Pythagore ſchola in-  
telligentiis, quod Deo debetur, tribuunt, in ſpeculatio-  
ne naturæ ſumnum bonum conſtituentes. Socrates  
plurimis quidem Christianorum probatus ab occultis  
tamen viuis absolui vix poterit, cuius diſcipulus Plato  
eadem veſtigia premens, a vero præſertim in articulo de  
Trinitate omnino etiam aberrauit. Stoici autem ſecun-  
dum naturam viuere eſſe optimè viuere (quod com-  
mune Naturaliſtarum eſt principium) exiſtimarunt.  
Hifce ſeueriores Cynici contra ipsam honestatis, quam  
natura tamen præſcribit, regulam peccatiſſe videntur.  
Quibus peiores Epicurei voluptatibus non tantum ani-  
mi ſed etiam corporis ſe dediderunt, Sceptici nihil cer-  
tum eſſe contendentis ab aliis quoque philoſophis con-  
futantur. Peripatetici vero boni quidem diſputatores,  
notitiae autem Dei rudiores ac Stoie & Platonici fue-  
runt. Omnibus hifce congruit effatum Paulinum:  
φατκοντες τινας σοΦοι ἐμπεριθυσα.

## §. X.

Deficientibus itaque reliquiſ Noachidarum ad Gen-  
tilium

tilismum Deus ex posteris Semi delectit familiam *Abrahāmī*, quem promissionibus gratiæ firmatum vnam cum Isaaco veram in Messiam venturum fidem docuit, quam, Esau ad gentilium viam declinante, Jacobus tamen seruavit puram, familia ab imagunculis Sabiis-  
mi reliquiis purgata. Post hæc cum Israëlitæ in Aegyptum delati, ex commercio cum gente idololatrica sursum aliquid pestiferi traxissent, Deus lege lata a Sabiis-  
mo vindicavit gentem Judaicam,

### §. XI.

Postquam vero terram promissam occupauerant Judæi, Sabiismus hic sèpius inter eos recruduit. Tempore *Judicum* testantur de eo querelex Dei, & præsertim *Teraphim* Michæ, Regam vero temporibus Jeroboami apostasia manifesta est, qui inducto vitulorum cultu decem tribus ad Sabiismum & Gentilismum seduxit, quod in stabiliendo cultu Baalim posteri Reges exquisitius fecerunt, donec Deus, Israële a facie sua proiecto, Judam longa captiuitate castigaverit, in qua primores populi nihilominus cultum suum idololatricum, licet clam, exercuerunt: superstites vero e captiuitate in Aegyptum profecti cultui Baalim pertinaciter inhæserunt.

### §. XII.

Plures quidem in captiuitate Babylonica Prophétarum opera conuersi sunt, eaque soluta instaurarunt sursum verum Dei cultum, mox autem apparuit Naturalismus in *Samaritanismo*, cuius interiora nil nisi gentilis erat supersticio, exteriora autem ritus a Deo præcepti, quamvis discriminus aliquid sit inter veterem Samaritanismum durante captiuitate, & sequiorem illum, quem Saneballat κακογλυξα motus extracto templo Garizitano resouit. Longe tamen periculosior illo tempore

pore fuit contentio inter Judæos ex ambitu sedis Pontificalis exorta: siquidem hac occasione reges exteri abolitis Judæorum sacris Gentilismum introducere conati sunt; quas turbas tamen Judæus cum fratribus, representis Graecorum regibus, sedauit.

### §. XIII.

Turbatis hisce temporibus vindices reuelatæ religionis extiterunt Chasidim, Chasidæ, initio quidem inculpabiles, mox vero in seetas diuisi ob disputationes scholaasticas variisque cultibus sive ἀθελοθρησκεία corrupti. Ab iis primi se distinxerunt Karrajim, Karræ si-  
ve legisperiti non traditionibus & cultibus eleætitius, sed litteræ & apicibus Scripturæ inhærentes.

### §. XIV.

Ex Chasidæis Deuterotis sive traditionum assertoribus orta est nobilissima Phariseorum secta, qui doctrina de iustitia ex lege, fatò Stoico ac vanis traditionibus Naturalismum haud obscure professi sunt, Stoicis quam simillimi. Illis vero aduersabantur Sadducei, ex quorum doctrina pariter ac vita (si quidem prouidentiam Dei, substantiam animarum & resurrectionem corporum negabant, virtutesque propter utilitatem tantum & societatum conseruationem dicebant esse necessarias) Epicureismus & Naturalismus manifeste elucet. Neque Essæ a Rechabitis, vt videtur, originem trahentes a Naturalismo immunes censendi sunt, quoniam cultus eorum in meram ἀθελοθρησκεία degenerauit.

### §. XV.

Corruptam itaque humanis & naturalibus Judæorum inuentis religionem reuelatam Saluator noster aduentu suo iterum instaurauit, discipulisque tradidit propaga-

pagandam, licet puritas hæc doctrine, sicut omni tempore factum, diu haud durauerit.

### §. XVI.

Namque primus inter Christianos heresiarcha Simon Naturalismum una cum Sabiuismo & Magia instaurare annis us est, in locum fidei saluificæ γνῶσις magica (hinc Graecorum nomen) substituens. In eadem vero cum Simonianis classe Ebionite, Nazarai & Cerinthiani, nec non Antitrinitarii omnes collocandi sunt.

### §. XVII.

Genuina Simonis soboles Manichei fuerunt: quibus Nestorius & Samosatenus cum suis assecis adfiebant. Omnibus tamen Naturalistis antecellere videntur Pelagiani signiferi Naturalistarum inter Christianos: qui fundamento salutis relicto, naturæ tribuerunt pleniorum. Quibus omnibus annumerandus etiam videtur Petrus Abailardus, qui de quibusdam Religionis Christianæ Articulis perverse statuit.

### §. XIX.

Neque silentio prætereundum illud est, quod Patres nonnulli Justinus, Clemens Alexandrinus, & Chrysostomus gentiles μετὰ λόγων φιλοσοφias naturali Dei notitia salvatos suisse statuant, id quod naturalismum, a quo tamen alii eos absolverunt, seu potius excusarunt, omnino sapere videtur. Minus autem excusandi sunt Doctores Sobolevici, qui salutem ex naturæ Lege obtineri posse disputant, salutem Aristotelis acriter defendentes, quem errorem multi ex recentioribus Pontificiis Doctosibus & Jesuitis, nec non e Calvinianis aliqui fecerunt suum.

### §. XIX.

### §. XIX.

*Mohammedani interque eos Philosophi Arabes secta  
loquuntur appellati, puri puti sunt Naturalistæ, quia  
negando prouidentiam Dei, omnia qualitatibus & cau-  
sis rerum naturalium perpetuis tribuunt, multa de in-  
tellectuali quadam perfectione dictitantes, quam nihil  
referre qua quisque via & Religione assequatur: ex  
quorum schola Pomponius Vanninus atque Natu-  
ralista Athei inter Christianos prodierunt.*

### §. XX.

*Nostris temporibus Sveiniani omnino inter Na-  
turalistas numerandi sunt, ipsis patentibus in dogmate  
de viribus naturæ, quibuscum Arminiani, postquam  
Photiniænorum sententiam amplexi sunt, merito nunc  
Naturalismi accusantur.*

### §. XXI.

*Indifferentissimus porro nihil aliud est, quam Natura-  
lismus. Est vero duplex vel Theologicus vel Politicus.  
Theologicus iterum est multiplex, de quo alii sunt  
consulendi Doctores, imprimis illi, qui huc referunt  
Indifferentissimum Syncretisticum: Politicus quoque  
alius est Pyrrhonicus seu Scepticus, quo omnia tam  
bona quam mala natura statuuntur esse indifferentia;  
alius Machiavellisticus, quo personis principibus omnia  
flagitia licere putant, quibus status reipubl. fulcitur,  
& seruatur.*

### §. XXII.

*Probabilismus Jesuiticus, quo statuunt Jesuitæ, o-  
mnem illum qui secundum conscientiam probabilem  
agit,*

agit , excusatum esse coram Deo , merus etiam Naturalis nus est , vt & *Libertinismus* , quasi in eo Christiana libertas posita sit , vt omnia sine exceptione licita sint & concessa ,

## S. XXIII.

Nostra & tate Naturalistæ celebres extiterunt *Franciscus Puccini* edito libro de Christi efficacia , *Thomas Campanella* Atheismo suo triumphato , *Eduardus Baro Herbert de Cherbury* libro de Veritate , prout distinguitur a reuelatione , a verosimili , a possibili & a falso , *Hobbesius* libro de Cive & Leviathane .

## S. XXIV.

Denique Naturalismi Atheistici conuincuntur , qui naturam pro Deo habent , qualis , vt veteres taceamus , seuera fuit *Julius Cæsar Vanninus* . Ad quos omnino illi referendi , qui mundi statuunt æternitatem , omnesque qui Scripturam Sacram criminantur .

# SOLI DEO GLORIA.

